









15 DE 38
COLLOCATIONE
MORTVORVM
IN LECTO FERALI
MELETEMA
HISTORICO IVRIDICVM.

Was davon zu halten,
die Leichen im Sarge öffentlich
sehen zu lassen.

AUCTORE
CHRISTIANO FRIDERICO
ZEIBICHIO

Ha 5923⁹
VITTEBURGENSI

VITTEBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS
A. MD. CC. XXXIII

6--

22. 6. 06.

28

COLLEGIUM

MORTUORVM

IN LECTO FRATRI

CHRISTIANO

FRATRI



CHRISTIANO

FRATRI

FRATRI

FRATRI

FRATRI

FRATRI



SYNOPSIS

PROOEMI

Institutio ratio. Collocatio mortuorum quid sit. Quid collocare, exponere, quid feralis

TRACTATIONIS HISTORICAE

I Mortuorum in lecto ferali collocatio, Hebraeis atque Iudaeis V. T. incognita. Iacobi atque Assae pompa feralis. Neque

II Ab Aegyptiis priscis repetenda, sed

III a Graecis primum recepta, quae primo Patrocli collocati exemplo docetur. Lex Solonis, de collocatione mortuorum. Elatio ante solem ortum

III Romanorum collocatio, a Graecis accepta. Legum aliquot XII Tab. et Cenotaph Pisan. explicatio. Imaginis collocatio in lecto ferali. Collocatio defuncti in rogo. Lex Maenia. Lex Numae feralis. Lectus feralis. Lecticae feralis. Collocatio mortuorum in marmoribus. Vestis matronarum lugentium, iuxta collocatum corpus sedentium, nigra et alba. Ricinium. Error Lipsii, Fornerii. Ara feralis duplex. cypressus, laurus feralis. Sanctitas Pontificis Rom. Tibiae,

praeficae, coronae, faces ferales. Alia

V Iudaeis N. T. et prioribus Christianis collocandi ritus haud plane incognitus videtur. Tibiae Iudaeor. ferales, ab Rom. acceptae. Grotius notatur. Exemplum Tabeae, Ioppe defunctae. Ioppe in numo. Vestes pretiosae, coloratae, χρῶμας, acu pictae. Virgines et mulieres Iudaeor. Graec. et Rom. Textrices, linum tractantes. Collocatio S. Paullae, Constantini M. Mortuos coronandi usus, Saec. IIII prioribus uix cognitus. Notatur Casalius. Origo Vigiliarum

VI Veterum Germanorum collocatio, sed alia, paucis explicata. singularis Caroli M. & Ottonis III. collocatio feralis

VII Collocatio hodiernorum populorum, Russorum, Borussiae, aliorum

VIII Saxonia, de mortuorum collocatione bene merita. Dresena, collocatione Electorum Principum, Christian. I. II cet. insignis. Aliorum Principum collocatorum exempla

VIII Vitembergae laus, e mortuorum collocatione capiunda. Collocationis Vitembergensis descriptio

A

TRA

TRACTATIONIS IVRIDICAE

I Iurisdicatio circa mortuorum collocationem

II Collocatio iniusta atque illicita, ubi a) nimii et inutiles sumtus, Christianis aequae ac Paganis odiosi, impenduntur

*III b) Corpus minus adhuc uegetum, sed deformius, euasit. Pauperum collocatio, non sua-
denda*

*III c) Illicita Autobirum collocatio, nec melancholicorum sua-
denda. Reorum, in custodia mortuorum, excommunicatorum, ac pestifero tempore mortuorum, prohibita*

*V Rationes collocationis sua-
dendae, quae sumuntur a) ab officii praestantia, b) ab honore, defuncto praestando, c) a desiderio supremi, quo defunctum complectimur, amoris*

VI d) ab utilitate, exinde ca-

piunda, e) a certissimo, neque uiolentae, neque fraudulentae mortis, indicio

VII f) ab ultimae uoluntatis sanctitate. Varia moribundorum de funeribus suis uoluntas. Testatoris ne sit inepta uoluntas. Ipse sit restator mentis compos

VIII Quamdiu Collocatio fieri debeat. Distinguantur tempora, putrefactionis expectentur indicia

VIII Sumtus circa collocationem, ubi a) defuncti conditionis ac facultatum, et b) loci obseruantiae, ratio habeatur. Vestes ferales. Libri, lecto ferale appositi. Ornamenta defunctorum

X Lumina et cerei in corporis collocatione, de quibus nihil bodie certi statutum

XI Collocatio defuncti debitoris, arresto haud impedienda

XII Conclusio





DE
COLLOCATIONE
MORTVORVM
IN LECTO FERALI

PROOEMIUM



Mortis commentatione nihil dignius est homine, ad futuram uitae felicitatem formato, nihil eadem utilis, ad uitam, bene ac sapienter instituendam. Cum enim *uiuere*, quod SENECA pronuntiat, a *tota uita discendum sit*, et quod magis fortasse miraberis, *tota uita discendum sit mori*, imo, quod sanctius est MOY- SIS effatum, cum *omnis mortalium prudentia in doctrina mortis consistat*, hac quotidiana religioaque mortis commentatione homo artem discit bene beateque et uiuendi, et moriendi. Atque hanc quidem artem mirifice excolunt pii funerum Christianorum ritus, quibus uel aures delectantur, uel oculi pascuntur, semper uero pietas excitatur, ille in primis ritus feralis, quo de-

A 2

fun-

a) SENECA, *de breu. uitae*, c. 7. adde EIVSD. *epist.* 24

III DE COLLOCATIONE MORTVORVM

functus homo, in omnium conspectu, coram collocatur. Hunc igitur ritum in praesenti exponamus, *de mortuorum in lecto ferali collocatione* commentaturi. Sed hic agamus primum de eo, quod circa hanc collocationem in usu apud gentes fuit, et adhuc est, deinde, de eo, quod iuris, quod aequi boniue est, circa eandem obseruandum. Intelligimus autem per hanc mortuorum in lecto ferali collocationem *actum illum funebrem, quo defunctus homo, in lecto ferali, ante, quam effertur, in omnium oculorum conspectu, collocatur, das Aussetzen oder Ausstellen der Leichen.* Vt hic uoce *Collocationis*, quam hunc, puto, actum melius explicare, quam uocem *expositionis*. hac enim maximam partem utimur, cum de loco quodam publico dicamus. Sic enim recte adhibetur uox *exponere* de infantum expositione, quae uel in uia publica fiebat, ^b uel ad Columnam Lactariam, in foro, loco certe publico, erectam ^c. Hic autem praestat *collocationis* uocem adhibere, non eo tamen sensu, quo ipsam notat sepulturam, ^d sed, quo Romani quondam hunc feralem actum *κατ' ἐξοχήν* dixere *collocationem* ^e. Lectrum autem

b) PAVLLVS, l. 4. *de agn. et a-*
tend. lib. Necare uidetur non tantum is,
qui partem perforat - is, qui publicis
locis misericordiae causa EXPONIT,
quam ipse non habet. ad quam legem
uid. GERHARD NOODT, lul. Paull.
OO. p. 343. edit. Lugd. 1713. et Corn.
nan BYNKERSHOEK, de iure
Occid. liber. Cap. IX. in Opusc. p. 208.
SCHVLTING, in Iurisprud. Antei.
p. 315. n. 23. Sic ad fluuios, ad lacum
Velabrensem, cet. exponebantur,
BARTHOLIN: de Puerperio Ver.
p. 83. sq

c) Columna haec lactaria fuit Ro-
mae olim in foro olitorio exstructa,
ad quam infantes, lacte alendi, expo-
nebantur, u. FESTVS, *de Verb. sign.*
quam columnam RAEVARDVS,
in Coniectur. c. 17. explicari putat nu-
mo quodam, apud GOLTZIVM,
numism. in Fast. f. 208. in quo natio

columna picta est media, inter duas ca-
pras, cum infantulo, et altera numi par-
te effigies Iunonis Sospitae, Ma-
tris Romanorum, eui commendabantur
infantes, lacte caprino ali soliti, u. BAR-
THOLIN: *de puerp. Ver. p. 91 92*
d) Vetus est lapis, apud GVTHE-
RIVM

CLOELIAE. CLAVDIANAE
V. V. MAX
COLLOCATA. XII. KAL. APRIL
C. AVFIDIO. ATTICO
C. ASINIO. PRAETEXTATO COS
de Iure Man. L. I. c. 18. p. 107. ex
GRVTERO, Inscr. f. 309. n. 7. et a-
pud SPONIVM

IAM EIVS CORPORE CONLOCA-
TO SVPERPOSUIT
Miscell. erud. ant. p. 294. et REINES
Class. VI. nr. XC

e) u. KIRCHMANN, *de funer.*
L. I

rem, in quo defunctus collocatur, *feralem* dixi, ea voce usus, quam scriptores Latii adhibuerunt in significandis iis, quae ad mortuos et Manes pertineant.^f Aggrediamur ergo, quod Immortalis Dei beneficio felix faustumque fit, primo

TRACTATIONEM HISTORICAM
DE
COLLOCATIONE MORTVORVM
IN LECTO FERALI

I

Rem ab origine ultima ducturi, huncque *feralem* ritum explanaturi, eum apud ipsos iam Graecos ac Romanos inuenimus. Vtrum uero ille iam tum penes IVDAEOS inualuerit, paullo nunc curatius uideamus Inanes Iudaeorum hodiernorum fabulas si audiamus, ipsum iam Iacobum, patrem stemmatis illius benedicti, defunctum, sic collocatum, crederemus. Huius enim lectum *feralem* Iudaei nobis ostendunt tam magnifice exornatum, ut eum, putares, Re-

A 3 gum

L. I. c. 12. *Glossae priscae, coNlocatio*, apud LIPSIUM, *Elect.* L. I. c. 6. et MORESTEELEVM, *de pompa fun.* L. I. c. 18. *Thef. Graec.* T. XII. f. 1380. Dicitur *coNlocatio* pro *coLlocatio*, minus eleganter, minus concinne. Male BENTLEIVS, in *Teren. Eun.* III, 5. legit *coNlocatio* pro *coLlocatio*. uult enim stilum formare ad regulam monumentorum ueterum, sed insolitorum, obsoletorum, ac duriorum, in quibus modo CONLEGA, ut in numis Consularibus, et marmore Ancyrano, modo CONLEGIVM, in numis Neronis, modo CONLOCAVIT STATVAM, apud GRVT p. 476. et SPON. *miss. erud.* p. 129. 294. modo aliter, in aliis. Quae ta-

men omnia, rationem recte politeque scribendi distringere, docuit nuper H. BERGERVS, *de erudit. Sax. Carol.* disp. II. p. 27

f) *Ferale a fera.* Sed *fero* ueteribus mors est, TVRNEBVVS, L. XIV. c. 22. in not. ad Virgil. *Aen.* IV p. 514. Hinc *ferales* cupressi, MARO *Aen.* VI, 216. *ferale* carmen, *Aen.* IV 462. Idus Martiae, Caesari *ferales*, PLIN. *XVIII*, c. 26. *feralis* amiculum, APVLEIVS, *Metam.* L. X. *ferales* reliquiae, h. c. ossa, TACITVS *A.* II, 75. *feralia* munera TIBVLLO rosae, ad tumultum ferendae, L. II *eleg.* 4. Conf. MEVRSIVS, *de Fun.* *Cap. I. Thef. Gronou.* T. XI. f. 1068

VI DE COLLOCATIONE MORTVORVM

gum Principumque nostrorum more, omnium oculis exposi-
tum fuisse. ^s At nihil harum nugarum, ab Iudaeis profectarum,
in sanctiori ueritatis Codice deprehendo. *Cadit*, inquit MOYSES, ^h
supra faciem patris sui Iosephus, ut ei uidelicet oculos occlude-
ret, ⁱ *plorat super eum, eumque iam osculatur.* Parat hic filius pa-
tri sepulturam, ubi nihil de collocatione in lecto ferali. et, cum
inter Aegyptios uiuit, apud quos unctio ac balsamifatio
defunctorum in usu est, ^k hunc feralem, uidetur, ungenti
ritum ab Aegyptiis didicisse, ^l cum suis ipse feruis, Medi-
cis

g) TARGVM HIEROSOL
ad Genes. L. ait: et cubare fecit Iose-
phus, sc. patrem suum, in sponda Ce-
drorum, auro oblectarum, cum mar-
garitiis affixis exornata, et stragulis e
byssis et purpura instructa, cet. En nug-
gas Targum illius Hierosol. quod
quam reuertum sit fabulis commentis-
que Rabbinorum, satis erudite mon-
strauit Venerand. CARPZOVIUS
Crit. Sacr. V. T. P. II. C. I. §. 3. p.
459

h) GENES. L. 1

i) De hoc ritu Hebraeorum, ocu-
los mortuorum ocludendi, u. SEL
DENVS, *de Synedr. Hebr. p. 359.*
MENOCH. *de rep. Hebr. L. II. c.*
4. §. II. f. 764. VRSINVS, *Anol. L.*
I. c. 27. p. 43. GEIER, *de luctu Hebr.*
Cap. V. §. 6. NICOLAI, *de sepul-*
chris Hebr. p. 28 §. 3. morem ipsum
describit *Mischna et Maimonides*, apud
GEIERVM, *l. c.*

k) De hac re uide *Auctores*, a GEI
ERO, *de luctu Hebr. Cap. V. §. 8. p.*
55. laudatos, quibus adde IOS-LAN
ZONVM, *de Balsamo Cadau. BEL*
LONIVM, L. II. de medicato funere,
in Thes. Gronou. T. III. f. 2575. MV
SONIVM, *philos. de luxu Graecor.*
Cap. IX. Thes. Gronou. T. VIII. f. 2507.

MORESTELLVM, *de pomp. fer.*
L. I. c. 12. p. 13. apud Dn. ZORNIVM,
Biblioth. T. I. P. VII. p. 577. 579. Dn.
ANDR. RIVINVM, *de pollinctu-*
ra, f. balsam. Lips. 1655

l) Confirmatur haec sententia uer-
bis B. LVTHERI, *Iudem hat*
nun, inquit, Joseph des Landes Wei-
ße gehalten, daß er ihn, seinen Vater,
salben läßt 40 Tage lang . . . Nun ha-
ben die Egyptier die Weiße gehabt, ih-
re Todten zu salben, mit edeln köstlichen
Salben oder Würze und Specerey, so
dasselbe Land träget, welche auch her-
nach die Jüden von ihnen genommen
haben, wie auch Christus gesalbet
ward, in Comment. ad Genes. 50.
QQ. edit. Lips. T. I. f. 280. b. Con-
sentit QVENSTED. *Cap. 5. de se-*
pult. Vet. Thes. Gronou. T. XI. f. 1231.
seq. addatur CASAVBONVS, Ex-
erc. XVII. nr. 112. GERH. IO. VOS
SIVS, *L. II. de uituis Lat. Serm. c. 12.*
Nec tamen ideo rem facimus cum
Mershamo et Spencero. Hoc unum est
discriminis inter utriusque populi un-
ctionem, quod Aegyptii uiscera ex-
imant, et corpora interius ungant,
Iudaei autem exterius solum, u. WIT
SIVS, *Exerc. XVII. in symb. Apost. p.*
269. ap. Dn. ZORNIVM, Bibl. T.
I. P. VII. p. 580. Ipse STRABO,
Iudae

cis quidem, ut refert MOYSES, defuncti patris sui corpus tradiderit unguendum.^m Haec igitur Diui Iacobi sepultura, laxius sumpta, minus probat, actum hunc feralem Iudaeis olim cognitum fuisse. In his certe temporibus, in quae incidit Iacobi aetas, origo huius collocationis non est quaerenda, ne in posterioribus quidem. Neque enim ille ritus, qui pompam feralem Assae, Regis in Iuda, multo facit splendidiorem illustrioremque, hanc, de quo loquimur, collocationem, ad quam tamen proxime accedit, uideretur explicare.ⁿ Lectus quidem, in quo Rex defunctus collocatur, est lectus feralis, est talis lectus, quali mortui efferebantur Iudaei, ° Hebraeis dicitur מכבד a Rad. כבד cubuit, iacuit, metaphorice dormiuit, quasi lectum feralem diceres defuncti dormitorium. P Ipse tamen S Codex, in describendo Assae funere, haud meminit eiusmodi collocationis, sed, *Regem, ait, positum fuisse super cubile, aromatatis et unguentorum speciebus reuerum.* Ponunt ergo corpus Regium super cubile, magnamque faciunt in honorem Regis defuncti combustionem. Dico, in honorem. Non enim ipse defunctus Assa comburitur, cum satis constet, hunc reuerum, comburendi hominum cadauera, nunquam inualuisse apud Iudaeos, ° bene

Iudaeos, ostendit, asphalto, s. bitumine liquido, usos fuisse in condiendis cadaveribus, quod in Idumaeorum mari legeretur, *Lib XVI. DIOD. SIC L. II. c. 5. u. BELLONIVS, L. II. de medic. fun. Cap. I. seqq.* adde denique locum IOANNIS, de unctione Christi loquentis, *Καθώς εἶδος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐν ταφῇ, Cap. XIX, 40.*

m) Nam et serui Aegyptiorum artem medicam didicerant, uid. **PIGNOR. de seruis, p. 75.** quod contra **BORREMANSIVM, uar. lect. Cap. 15, p. 181.** notamus. ceterum de h. l. uid. **CLERICVS, ad Genes. 50. f. 313**

n) 2. **PARAL. XVI, 14.** conf. *diff. de Assae, Regis, pompa ferali, praef. M*

IO. ADOLPH. MVLLERO, Vit. emb. 1716 habitam

o) uti *Abnerus, 2. SAM. III, 31. filius Naimiticus, LVC. VII, 14.* Lectum ipsum Iudaeorum feralem describit **MAIMONIDE 3, ad c. 19. Mishnae Tr. Celim**

p) u. *Fratris dilect. diff. de sepultura in terra sancta, p. 9.* Ceterum *sepulchra* ipsa in ueterum inscriptionibus Rom. hinc atque inde *dormitoria* dicuntur, item *requietoria*, **CICERONI** uero *corporis portus*, ob quietem, *Tusc. qu. L. I. u. IO. uan der NISPEN, de sep. uiol. p. 33*

q) Conf. de hac sententia, S. *Scripturae* haud obuia, **PFEIFFER I. dub. uex. p. 437. SANCTIVS, ad I. SAM**

VIII DE COLLOCATIONE MORTVORVM

bene autem Paganos. ^r Sed comburunt *illi*, ut Textus authenticus habet, hoc est, in eius honorem, ^s comburunt aromata atque unguenta, iuxta Regium quidem corpus. ^t Comburent illi, procul dubio, quod moris erat Iudaeorum in funere Regio, si magistros horum audiamus, omnem Regiam suppellectilem, uestimenta, alia. ^u Haec de funere Assae, in quo nullum collocationis, quam uolo, uestigium. Sed eam uideo, in eius honorem institutam, qua, more ueterum Iudaeorum Regio, magnum illi, quod dixi, fecerunt combustionem. Singulare porro, ac profecto Regium, funeris Iudaici spectaculum praebet funus Herodis M. Regis in Iudaea, quod uero, a FL. IOSEPHO et IOSEPHO GORIONIDE ^x literis mandatum, cum feralem potius processum, quam ipsam, eundem antecedentem, doceat collocationem, rectius hic a nobis transeat. Hactenus de Iudaeorum Veteris Testamenti funeribus, quorum ritus ferales alios multis exposuit MENOCHVS. ^y Sed, nihil huius collocationis hic uideo temporibus V. T. fuisse obseruatum, nihil, inquam, quod ulla unquam ratione probarer, Iudaeos defunctorum corpora in omnium conspectu collocasse. Progrediamur ergo ad tempora N. T. quae nobis ante oculos ponunt funus Tabae collocatum, quod uero, singulare huius ritus exemplum, cum recentiorum sit temporum, nobis deinde, cum ritus

31. f. 523. MENOCH. de Rep. Hebraeor. L. VIII. c. 5. §. 8 f. 774. GEIER de luctu Hebr. C. VI. §. 4. SCHICKARDVS, de Iur. Reg. Hebr. p. 165. quod contra GVICHARDVM, in libro, *Funerailes des Romains, cet. L. III. c. XI. p. 501.* apud ZORN. Biblioth. P. I. T. I. p. 20. notandum

r) TACITVS, corpus, inquit, non igni abolitum, ut Romanus mos. Ann. XVI, 6. cet

s) 2 PAR. XVI, 14. Pari modo Latini dicunt Tibi, h. e. in tuum honorem, SERV. ad Virg. Ge. I, 34

t) Fiebat haec combustio ante ipsum cadauer, uel coram ipso, u. MAIMONID. Tr. Hile. melach. Cap. II. §. 1

qui, comburunt, inquit, *uniuersam, sc. suppellectilem regiam, coram ipso*, apud GEIER. de luct. Cap. VI, §. 7

u) MAIMONIDES, Tract. Ebel. Cap. XIX, §. 26. nec repugnat MISCHNA, Tr. Auod. Sar. Cap. I §. 3. conf. interpretem eius, *Baruenoram*, ad h. 1

x) FL. IOSEPH. Ant. Iud. L. XVII. c. 8. §. 3. et IOSEPHVS GORIONID. L. V. c. 41. cuius testimonium hoc loco, in quo cum Flavio consentit, fidem meretur

y) MENOCH. de Rep. Hebr. L. II, c. 5. §. 1. 2. sqq. adde DILHERRI *dispp. philol. P. I. p. 447. sq*

rus Graecorum ac Romanorum explicauerimus, considerandum erit, ut temporum ordini ne repugnare uideamur. Agamus interim

II

De AEGYPTIIS, sed paucis, apud quos non eam, quam expono, uariam tamen ac distinctam, uideo, receptam mortuorum collocationem. Variam certe, ac distinctam. Alia enim, quam refert DIODORVS, ^z fiebat in uestibulo, non aedium, sed sepulchri. ex quo apparet, eam hic nobis, de collocatione in lecto ferali commemorantibus, parum luminis asferre. Accedit, quod Diodorus ne de cadauere quidem ipso defuncti, sed de arca tantum sepulchrali, corpus includente, atque in uestibulo exposita, mentionem faciat. Alia erat, secundum MELAM, ^a qua corpus defuncti conditum, domi seruabatur, cuius quidem aspectu et oculus pasceretur, et animus, maiorum uirtute, ad uirtutem magis accenderetur. Alia denique, ad praecedentem proxime accedens, qua corpora, super lectulos posita, domi tenebantur. ^b Sed, cum nullo huius collocationis genere noster collocandi ritus explanetur, Aegyptios mittamus, et nos ad alios nunc populos conuertamus. Veniamus ergo

III

Ad GRAECOS, quorum quis fuerit in defuncto collocando ritus, paucis iam, age, uideamus. Defuncto postquam

B

a pro-

^z) DIOD. SIC. *Biblioth. L. XVIII. p. 608. Interea necessariis, inquit, ad funus magnifice praeparatis, et dierum ultimo, cadaueris arca in uestibulo sepulchri EXPOSITA, ex legis praescripto, cet*

^a) POMP. MELA, *de situ orbis L. I. c. 9. Mortuos nec cremare, aut fodere, putant, ueram, arte medicatos, intra penetralia COLLOCANT Aegyptii* CICERO, *Tusc. Qu. L. I*

Conduunt Aegyptii mortuos, et eos domi seruant

^b) Cuius ritus mentionem facit D ATHANASIVS, *uir. Anton. Mos est, inquit, Aegyptiis nobilibus, corpora - - terra non abscondere, sed super lectulos domi posita, reseruare. Et IO. DAMASCENVS, Orat. I de imag. loquitur de Aegyptiorum more, quo mortuos suos non sub terra condunt, sed ἐπι κλιῶν καὶ σκιμαδίων ἐτίθει, apud CHIFLET. *de lint. sep. Christi, p. 9. 10**

a proximis, lecto eiusdem confidentibus, clausi sunt oculi, e uasa iam aenea pulsantur, quibus et spectra, ut credunt, furiaeque abigant, et hominem, ostendant, uita uere decessisse. d. Osculo defuncto dato, e corpus aqua iam abluitur, f uariisque aromatum speciebus, si uir in primis clari sit nominis atque illustris, ungitur, g uestibus denique induitur. h Quae quidem uestes uariae sunt, pro uaria defuncti conditione ac facultate, albae i plerumque, et, in heroibus sepeliendis, linteo subtili contextae, uri de funere Patrocli refert HOMERVS. k Interdum pallio l uuntur, nigra uero ueste non mortui, sed mortuum lugentes. m

Ori

c) Qui ritus HOMERO dicitur γέρας θανάτων, *Odysf. L. XXIV. u. 293.* Habuit igitur omnino, de quo questus est, Agamemnon, cum illi supremum hoc amoris officium denegatum ab uxore fuerit, *Odysf. L. XI conf. FEITH antiquit. Homer. L. I. c. 13. Thes. Gronou. T. VI. f. 3742*

d) HADR IVNIVS, *Animadu. L. III. c. 11*

e) EVRIP. *phoeniss. u. 1665. ces*

f) Sic corpus Patrocli, HOMER *Iliad. L. XI. 829. Νιζ ὕδατι, ablue defunctum aqua. Conf. EVRIP Phoen. 1661, νεκρῶ λουτρά περιβαλεῖν. AE LIAN. Var. Hist. L. IV. c. 1. Ridet, ut solet, hunc ritum LVCIANVS, qui, lauanti, inquit, eos, ac si tartarea palus non satis sit idonea lauandis iis, qui ibi degunt. de Luctu, OO. T. II. p. 302*

g) De Patroclo idem refert HOMERVS, *Iliad. XI. 829.* de Alexandro M. uid. DIOD. SIC. L. XVIII. c. 26. f. 608. de unguentis optimis, corpore delibutis, LVCIANVS, de luctu, OO. T. II. p. 302

h) EVRIP. *Herc. 703. LVCIANVS, l. c. Vestibus, dixi. utrum uero fascibus etiam sepulchralibus usi fu-*

erint Graeci, hoc inquirat CVPERVS, *obsf. L. II. c. 9. p. 210.* Ceterum uetuit Solon, ne pluribus, quam tribus, uestibus mortui corpus oneraretur, PLVT. in Solone

i) Messenii optimates suos, candida ueste uelatos, efferunt, PAVSAN *L. IV. c. 13. f. 311.* Exstat lex Pythagorae, qua, mortuos in albis deduci, fas putat, apud IAMBlich. *uis. Pyth. nr. 154. p. m. 130.* quae lex ad illas leges Pythagorae uestiarias pertinet, de quibus disseruit Vir Magnif. Dn. IO FRIDR. WEIDLERVS

k) HOMER *Iliad. L. XI. 830 CVPERVS, obsf. L. II. c. 9. p. 211* de albis uestibus regum, aliorumque, u. IOS. BARNES, *ad Eari. p. 357*

l) MEVRSIVS, ex Apulcio, *de fun. Cap. IV. Thes. Gronou. T. XI. f. 1091. IO. NICOLAI, de origg. Theolog. Gent. p. 127.* Semper mortuos cum pallio elatos fuisse, credit LIPSI VS, *Elect. L. I. c. 6*

m) Ita enim ARTEMIDORVS docet, ἢ γὰρ οἱ ἀποθανόντες, ἀλλ' οἱ πινθόντες τὰς ἀποθήκοντας τοῖς τοῖς (sc. μέλασι ἱματίοις) χεῖνται, L. I. Onirocr. apud SCHEDIVM, *de Diis Germ. p. 664*

Ori defuncto numus imponitur, ⁿ quo facilius ac iucundius Charontis labor perficiatur, ^o caput uero coronis et floribus, uarii quidem, sed pulcherrimi certe generis, ornatur, ^p quasi hic uictorem ^q conspiceres, de morte triumphantem, atque sic ex loco aedium penitiorum producit, et in uestibulo, ad ipsum ianuae limen, ^r uel humi, ^s uel in lecto alto, ^t defunctus collocatur. Cuius quidem rei illustre, ac, sine dubio, primum in Graecia exemplum dat HOMERVS, ubi funus Patrocli describit. ^u Ita uero collocatum defuncti corpus, in quo ritu explicando Graeci utuntur uoce in primis *προτιθεσθαι*, ^x postero die, lectica, siue feretro uel arca,

B 2 fu-

n) SVIDAS: Δανάη νομισματός ἐστι νόμισμα, ὃ τοῖς νεκροῖς εἰδίδουσαν πάλαι. Lex. edit. Kufferi, Cantabr. T. I. f. 508

o) LVCIANVS, de Luct. OO. T II. p. 307. obolum illi in os indunt, ut sit portitori traiectionis merces

p) u. MEVRSIVS, ad Lycopbr. Cassandr. 795. p. 82. XENOPH. de exped. Cyri. L. VI. LVCIAN. de Luct. p. 302. NICOLAI, de origg. Theol. Gent. p. 128. De Messeniis idem testatur PAVSAN. L. IV. c. 13. f. 311. de Smyrnaeis CICERO, Or. pro Flacco. conf. MEVRSIVS, de fun. Cap. 1V. Thes. Gron. T. XI. f. 1091 Quae omnia, uoce ornatus, paucis, complectitur EVRIP. Herc. 1360. 329 333. seq. Alcefl. 147. 157. Herc. 525. Obfata uidetur CL. ALEXANDR Paedagog. L. II. OO. f. 133. sq. ubi, ne apud antiquos quidem, ait, Graecos fuit coronandi usus. Sed certius est, eum loqui de usu coronandi non mortuos, sed, tam procos, quam eos, qui uitam agunt luxuriosam, quod uerbis seqq. docet, qua de causa mortuos quoque coronant, licet tanquam idola, f. 134

q) Coronati quasi uictores, PLV TARCHO, in Lycurg. Instructa acie, ut omnes coronam sumerent, ceter

r) Εἰ προνοπία. hinc EVRIPIDI mortui dicuntur προνοπείς οἱ θανόντες Alcefl. schol. 141. 184. quae loca adde KIRCHMANNO, de funer. L. I. c. 12. p. 63

s) u. QVENSTED. sepult. uet. Cap. 5. Thes. Gronou. T. XI. f. 1137 POTTERI Archaeolog. L. IV. c. 3 Thes. Gron. T. XII. f. 550

t) Hunc Graeci λέγον, κλίην, πύελον, σερὸν, λίνον, dicunt, u. SALMAS. ad Solin. f. 847

u) Quem, Patroclum, ait, iacere in uestibulo, pedibus conuersis, circum- autem eum socios lugere, κῆται, ἀνά πρόθυρον τετραμμένους, ἀμφὶ δ' ἐταῖροι κῆρονται, Iliad. L. XIX. u. 212. Ad hanc collocationem, προτιθεῖν, in qua statuenda multus est PLATO, L. XII. de Legg. respicere apud EVRIPIDEM uidetur Hercules, qui liberos, ante domum coronatos, capita ornata mortuorum, uidet, Herc. 525

x) LVCIAN. προτιθένται λαμπρῶς ἀμφίστατες, de luctu OO. T. II. p. 302 DEMOSTH. Orog. adu. Macartat. THVCYDIDES scribit de Atheniensi-

super humeros, ante Solis quidem ortum, ⁊ inter concentus tibi-
 arum, ad luctum compositarum, ⁊ ad sepulchri locum effertur.
 Hic breuem, sed ueram, habes descriptionem collocationis, a Grae-
 cis receptae, ac Legibus, Solonis in primis, confirmatae. Sic
 Graeci, in re quoque funeraria, ne quid inhonesti indecorue
 committeretur, legibus bene ac sapienter cauere. Quae cum
 e Graecia Romam deinde fuerint allatae, ⁊ ne mirere, si multos,
 uideas, Romanos assumfisse ritus, qui olim in Graecia obtinue-
 runt. Recentiorum ergo temporum recordatio mihi, de colloca-
 tione ueterum ferali cogitanti, in memoriam reuocat

III

ROMANOS. Quanquam uero multa olim marmora Di-
 uis Manibus posuerint Romani, quae uel die fatali, uel loco et
 tem-

ensibus, ossa eorum, qui in bello ceci-
 dissent, triduo ante elationem sub ta-
 bernaculo proponi, *περὶ θείων*, L. II
 f. 120. EVRIP. *Phoen.* 1329. et de
 Tiberio, Liuiæ suae exequias non ce-
 lebrante, *ἢ ἀπεθαίνοντες περὶ θείων*,
 loquitur DIO, L. 58. f. 712. conf.
 POLLVX, *Onom.* L. 8. c. 7.

y) *Lege Solonis.* DEMOSTH
in Orat. adu. Macartatum, Lex est, sc. So-
 lonis, ait, *mortuum collocare intus, quo-
 modo uelis, postridie uero est, ferre,
 ante solem exortum.* Aliam, *Demetrii*,
 legem, qua mortuos ante lucem iussit
 efferre, u. apud CICERONEM, L
 II. de LL. c. 26. adde ANT. CLA
 RISYLVS. ad LL. XII. *Tabb. c. 23. p.*
 510. et arculam adolescentis sepulchra-
 lem, cum inscriptione

SOL ME

RAPVIT

apud MEVRSIVM, de *Fau. C. IV*
Thef. Gron. T. XI. f. 1095. Quae qui-
 dem elatio, ante solis ortum, partim fie-
 bat sumtuum minuendorum causa, u.
 CICERO, l. c. partim ob cultum re-
 ligiosam, ne Deorum Manium religio

conspetu hominum contaminaretur, u.
 Ill. CRELLII *disp. de translat.*
mort. §. 3. p. 7.

z) Hunc tibiariam concentum *Ολο-
 φουδον* uocabant, quod ex *Athenaeo*,
Callimacho, *Moseho*, *Sophocle*, *Euripi-
 de*, aliis, monstrauit MEVRSIVS,
 l. c. c. 18. f. 1109. ipsum autem mortu-
 os lugendi carmen dicebatur Graecis
δίνος, *αἰλίνος*, *δισόλινος*, quo nullum fe-
 re fuit uel antiquius, uel fama celebri-
 us, u. Ill. BERGERI *disp.* qua
λίον ἄσμα exponit. Qui uero hoc car-
 men uel hunc hymnum funebrem aus-
 picabatur, dictus Graecis est *πρωαδός*,
 de quo multa apud CUPERVM, *obs.*
 L. I. c. 1. p. 7. *seqq.*

a) Lex XII *Tabb.* e Graecia Ro-
 mam accita, cum omnium sit legum
 Quiritium basis fundamentumque,
 hinc et feralium legum obseruantiam
 in Tabula X. docuit Romanos. Quae
 quidem Leges Rom. ferales, partim,
 quae in Pandectis, partim, quae in ru-
 deribus XII. *Tabb.* continentur, ipsam
 Graeciae cognitionem requirunt, qua
 eo rectius intelligantur. Conf. CARL
 HANN

tempore ferali, uel ipso denique defuncti nomine tituloque, inscripserant, tantum tamen abest, ut nos, de re funeraria Romanorum fati, multos in uno simul marmore ritus Quiritium ferales deprehendamus, unum si excipias marmor Pisanum, duabus incisum tabulis, ^b ut ipsos potius, nos oporteat, antiquitatis Romanae scriptores euoluere, ac, quicquid antiquitatis de collocandis funeribus nos ab illis edoceamur, considerare. Loquimur autem de collocatione ipsius defuncti corporis, non defuncti imaginis, ad uiuum expressae, ^c quae, in uiris illustribus collocandis, interdum uel supra, uel circa lectum collocari ^d solebat. Loquimur de collocatione defuncti in domo funesta, non de ea, quae, in rogo facta, ^e in priuatis actus fuit supremus, in uirorum autem personis, augusta imperatoriaeque dignitate claris, non actus solum supremus, sed simul etiam consecratio. ^f Supremum

B 3

HANN· FABROTTVS, in *Apol. praGraec. in OTTONIS Thes. Iur. Rom. T. III. f. 1241.* DVCKERVS, de *latin. Vet. ICtor. p. 347. 406*

b) Ita NORISIVS, *Cenot. Pis. diff. III. OO. T. III. f. 360. extant*, inquit, *inscripta antiquitus saxa, sed, ex quibus uix unum aut alterum funerum ritum doceamur. At, in Pisanis, pergit, Tabulis, funebres ritus diffuse ac perspicue describuntur*

c) Eum quidem in finem, ut haberet iuuentus Romana, quo ad uirtutem inuitaretur, DIOD· SIC· L. 31. de L. Aemilii sepultura. conf. PHO TIVS, *Bibl. f. 119. sq*

d) Erat autem effigies defuncti cerea, ut refert HERODOTVS, L. IV. c. 2. Et TACITVS, *fuertunt*, inquit, *in funere Germanici, qui requirerent ueterum instituta, propositam toro effigiem, Ann. L. III. c. 5. Effigiem Augusti, triumphali habitu picti, ostendit DIO CASSI Libr. L. De Persinae, Imp. in cuius funere statua in lecto posita fuit, idem tradit DIO, L. LXXIV. in Seuero f.*

848. sq. Conf. plura apud LAV RENTIVM, de *fun. ant. Cap. I Thes. Gron. T. XI. f. 1171.* MORE STELLVM, *pomp. fer. L. II. c. 3 §. 4. GV THER· Iur. Man. L. I. c. 22. du CHOVL, de relig. uet. Rom. p. 66*

e) Talis rogi figuram, in numo Constantis Imp. expressam, cui Phoenix infidet, cum inser. FEL. TEMP. REPARATIO. BSIS u. apud GV THER RIVM, de *Iur. Man. L. I. c. 26*

f) Significabat enim Apotheosin. Haec Imperatoris collocatio in rogo, tanquam in tabernaculo, prima, in numo Antonini Pii, Imp. aeneo, cum inser. CONSECRATIO, conspicitur apud BEGER· *Comm. in Flor. p. 36. et Du CHOVL, de relig. uet. Rom. p. 66.* quam quidem uanam Romanorum superstitionem ostendebat Aquilae emissio e rogo defuncti. hinc Aquila in numis Tiberii, Claudii, Antonini, Constantini et Constantii, uerb. CONSECRATIO, u. GV THER

XIIII DE COLLOCATIONE MORTVORVM

premiū iam Vale^k defunctus dixerat adstantibus, hique illi, defuncto, idem Vale acclamauerant, et cum oculi defuncti a proximis, sanguine coniunctis, interdum etiam, non obstante Lege Maeuia, ^h ab ipsis filiis, nunc clausi ac sugillati sint, uideor mihi iam uidere caput nunc lauari, calidaque ablui aqua, ⁱ nunc de seruis suis, quos habent, Libitinos ac Pollinctores ^k idem corpus supra genua tollere, ^l ac uariis condire unguentis. ^m Vi-

deo

ATHER. l. c. Talem in ipsa consecratione Augusti aquilam, iuratum est, e rogo ad coelum euolasse, de quo extat liber inscriptus, IAC. duROY *Achates Tiberianus, f. Gemma Caesarea, Augusti ἀποθνήσκον repraesentans, Amst.* 1638

g) Augustus Imp. moribundus in oculis Luiae, et in hac uoce, defecit, *Luia, nostri coniugii memor, uiue ac VALE, TRANQ.* Aug. 99. Legitur hoc ultimum Vale multis in inscriptionibus apud IOAN. ANT. ASTORIVM, in *Comment. in antiquum Alemanis, poetae Laconis, monumentum, in agro Laconico effissum, in Thes. SALLENGR. T. II. f. 789. sq.* Sed adstantes quoque Vale supremum defuncto acclamare solebant, quod explicat VARRO, in *libris Logistoricis*, apud SERV. ad *Virg. XI. 98.*

h) Hanc legem Maeuiam, aliis Maeniam, VARRO, in *geminis*, nobis ita seruauit, *Lex Maeuia est in pietate, MEVRSIVS*, impietati, *ne filii patribus luci claro sugillent oculos.* Conf. *Marc. NONIVS, Cap. II. Petr. CRINITVS, de honest. disc. L. XVIII. c. 12. IO. MEVRSIVS, de Fun. c. 3. Thes. Gron. T. XI. f. 1090.* Ita haec Sugillatio, uel, ut legit FERRETIVS, *Sigillatio, uisf. Lap. L. I. p. 46.* uidetur repugnare huic actui, quo, parentum, dixi, oculos a filiis ocludi. Sed ANT. AVGVSTINVS, *de Legg. c. 109. et de Legg. b. uoc. in Thes. Graec. T. II. f. 1139.* hanc legem, docet, per translationem hoc significare, ne filii mortem parentum maturarent. Conf.

GVTHER. *Iur. Man. L. I. c. 13.*

i) Vti corpus Aeneae, MARO *Aen. VI, 218.*

k) PLAVTVS, *Poenul. prol. u. 63. TAVEM ad Plaut. p. 1036. De Pollinctoribus*, Libitinariorum seruis, loquitur VLPIANVS, *L. 5. §. 8. ff. de instit. act. Libitinarii corpus cum Pollinctoribus condiebant, omnemque funebrem apparatus curabant, quos Graeci νεκροδύπτας, i. e. mortuorum sepultores, VLPIAN. d. l. Latini uero Libitinos uocant, a Libitina, funerum Dea, cuius in aede omnia, quae ad funus pertinebant, uendebantur. Plura u. apud VOSSIVM, *Lexic. Etym. f. 288. 398. 287. seq.* De seruis Rom. unctoribus, PIGNOR. *de seruis, p. 76. BORREMANSIVS, Var. lect. cap. 15. p. 178. sq.* hinc simul artem medicam callebant Romanorum serui, quod ex Tranquillo, *Seneca, aliis*, tradit BRISSONIVS, *Antiqu. Iur. L. II. c. 3. p. 52. seqq.**

l) Extat Numae lex apud FE STVM, *ne iusta fierent ei, qui fulmine occisus esset, neue IS SVPERA GENVA TOLLERETVR*, h. e. nudaretur, lauaretur, ungeretur. quod quidem muliercularum et pollinctorum officium, ex Graecis scriptoribus et statu is explicat CASAVBONVS, in *epist. ad Kirchmannum*, quae habetur in *Epistolis GVDII, p. 155. conf. El. Epist. p. 201. 231. et MEVRSIVS, de Fun. c. 38. Gronou. Thes. T. XI. f. 1140.*

m) Sic corpus Tarquinii, apud EN

deo corpus nunc uestibus indui, quas sibi saepius uiuentes fieri curauerunt Romani, a uariis quidem, pro uaria defunctorum dignitate, alios uideo defunctos, in lecto collocatos, toga purpurea, et stragulis quidem albis, auro intextis, si illustri et imperatoria fuerint dignitate, o alios toga candida amictiri. p si uero non tanti defunctus nominis, sed tenuioris fuerit ordinis, nunc uel lecto, q uel terrae, r corpus imponi. Lectus autem dicitur in omnibus uirorum personis, iam defunctis, breui humandis. s Sed, qui uel antiquitate generis, uel gloria maiorum florent, hos, uideo, lecticae, lecticulae, t qui uero in egestate uersantur, illos

ENNIVM, in fragm. Corpus P Poppeae, apud TACIT. A. XVI, 6 ferui tamen apud Romanos nonangebantur, *Legge XII. Tabb. SERVILIS VNCTURA AVERITOR*, apud CICERON. *de Legg. L. II. c. 24.* uid. GVICHARDVS, *Funerailles, cez.* apud Dn. ZORN. *Bibl. P. I. T. I. p. 25.* CLARISYLV. *ad Legg. XII. Tabb. p. 502.* et GRAVINA, *ad LL. XII. Tabb. OO. T. I. p. 254. sq.*

n) Quod ex VIRGIL. *Aen. IX, 488. pressis oculos, ueste regens*, aduersus Seruimum notauit FR. LVISINVS, in *Paverg. L. III. c. 36. in GRVTE RI Thef. liter. T. III. p. 50.* Romanos autem hic imitatos fuisse Graecos, docet IOS LAVRENTIVS, *de fun. Cap. IV. Thef. Gronou. T. XI. f. 1187.*

o) VIRGIL. *Aen. VI. 221. purpureasque super uestes.* LIVIVS, *L. XXXIV. c. 7. Caesaris lectus erat eburneus, auro ac purpura stratus.* TRANQVILL. *Caes. 84.* ALEX. *ab ALEX. L. III. c. 7. Lectus Augusti ex auro et ebore, purpureis stragulis.* DIO, *L. 56. f. 678.* Fumeratus est Nero, stragulis albis auro intextis, TRANQV. *cap. 50.* Praeterea ferules illustrium personarum tunicae ex

lapide Amianto confici solebant, quod ex PLINIO, *H. N. L. XIX. c. 1.* melius intelligendo, nuperrime docuit Ill. BERGERVS, *diff. II. eclog. Corfic. § 18. p. 52.*

p) PLVT. *qu. Rom. 26.* MARTIAL. *L. IX. epigr. 58. cui pallens toga.* IUVENAL. *Sat. III, 171.* Solebat enim toga et uoto, et funeri, parari, APVLEI. *Floz. L. I. apud LIPSIUM, Elect. L. I. c. 6.* CLARISYLV. *ad L. XII. Tabb. p. 509.* ac toga pulla in luctu adhiberi, u. HIERBOSSIVS, *de Toga Rom. C. XV. p. 47.*

q) VIRGILIO, *toro, Aen. VI 220.*

r) Sic Acilius Aniola, apud VALMAX. *L. I. c. 8. §. 12.*

s) Non tantum in funeribus Imp. u. c. Caesaris, TRANQV. *Caes. 84.* Pertinacis, uid. HERODIANVS, *L. IV. pr.* apud LIPSIUM, *ad Tac. Ann. p. 297.* sed in funeribus etiam pauperum, uti Valer. Publicolae, cui mortuo, et lectus funebri, et rogus, defecit, VAL. MAX. *L. IV. c. 4. §. 1.*

t) Sic Atticus, NEP. *c. 22.* Sylla, APPIAN. *B. I. L. L. f. 417.* Eiusmodi lectica

XVI DE COLLOCATIONE MORTVORVM

illos sandapilae, ^u feretro, ^x loculo, ^y capulo ligneo, ^z imo et arcae sepulchrali, ^a imponi. Iam ipsum hunc actum aspice feralem, Romanis probatum. Vides defunctum, lecto impostum, in uestibulo, siue aedium introitu, ^b pedibus uersus ianua porrectis, ^c collocari, ut ab omnibus, quibus commodum sit, aspiciatur. ^d Cuius quidem collocationis singulares extant typi. ^e Lectum, uides, uariis inspergi floribus, ^f iuxta lectum ad-

ctica feralis, cum puluino & corona, M Antonii Antii Lupi monumento, quod etiamnum extat, insculpta, adhuc cernitur, teste LIPSIUS, Elect. L. I. c. 19. p. 570 Ceterum de lecticis ueterum u. pl. apud ISIDOR Orig. L. 20. c. 11. SCHEFFER de re uehic. L. II. c. 5. p. 114. et PYRHVM PIGHIUM, Neapol. de uehic. antiqu. §. 21. p. 397.

^u) KIRCHMANN l. c. ubi distinguit inter lecticam et sandapilam. MORESTELL L. II. c. 8. ZORN Bibl. pag. 580

^x) ISIDOR Orig. L. XX. c. 11. Sed tamen VIRGILIUS eadem, feretri, uoce in efferendo Miseno Aeolide, Aeoli filio, utitur, Aen. VI. 222

^y) Clarissima loculi figura in monumento M^r Aurelii, Romani, superimposito aedificio, extat Romae, apud RYBISCH, Inscr. uect. f. 94

^z) Siue hexaphoro, MARTIAL L. VI. ep. 77, u. 9. Capalus, siue, FE STO, capulum, omne dicitur, quo mortui efferuntur. conf. NONIUS Marcell. Cap. 1. §. 13. CUPERVS, obs. Lib. II. c. 9. p. 204

^a) Hinc arca lapidea ipsum etiam notat sepulchrum, apud GAIVM, L. 7. §. 1. de Relig. conf. CVIAC L. XI. obs. 21

^b) Ad hunc igitur morem respicit VIRGILIUS, de funere Pallantis. Aen. XI, 29. 30. Hinc limina portarum dicuntur loca mortuorum, apud

ISIDOR in Glossar. Conf. CVIAC L. XIV. obs. 1

^c) quo ultimam quasi abitionem significaret, MORESTELL L. I. c. 19. Thes. Graec. T. XII. f. 1380. SENECA, ep. 12. quis est ille, inquit, decrepitus et merito ad ostium adnotus, foras enim spectat. ad quem locum u. LIPSIUM, Elect. L. I. c. 6. p. 492. L. II. cap. 19. p. 408. Conf. PERSIUS, Sat. III. u. 103. Sic corpus Clodii in atrio domus ponebatur, MEVRSIUS, de fun. c. VI. Thes. Gron. T. XI. f. 1093

^d) Corpus Caesaris in foro, pro Rostris collocatur, eum in finem, ut ab omnibus conspiceretur, TRANQV. Caes. 84. Augusti, in uestibulo domus, TRANQV. Aug. 100. DIO, L. 66. f. 678. Hadriani, CAPITOL in Anton. Pio, c. 5. Pallantis, VIRGIL Aen. XI, 30. hoc enim est illud collocare, quod Romanis interdum etiam ponere dicitur, LIPSIUS, Elect. L. I. c. 6. p. 491. Vetus inscriptio: HEIC POSITAE GNATAE TRISTES POSVERE PARENTES, apud TAVBMANN ad Virg. p. 962. Conf. FERRETIVS, in Mus. lapid. p. 47

^e) apud SCHEFFER de re uehic. L. II. c. 5. p. 89. ubi lectus feralis. Sed illustrius huius rei monumentum extat in ADMIRANDIS Roman. magnit. Tab. 72. ubi luctus uniuersae familiae. Aliud apud SPONIVM

adstare seruum quendam, uigilem, capularem senem, s qui uel muscas a defuncto abigat, h uel uentulum cadaueri sufflet. i Af-
 sidere, cernis, mulieres, ueste modo nigra, modo alba, semper
 lugubri, indutas. k Neque deesse, sentis, propinquos, ueste mu-

C

ta.

NIVM, *Miscell. lit. p. 308. nr. 12.* u-
 bi defuncto adstant mulieres ploran-
 tes, et manus comprimentes. Sic figu-
 ra aenea, opus caelatum s. anagly-
 phum Arcae Sepulchralis, quae inuen-
 ta est in camera subterranea Ichnogra-
 phiae sepulchri in uia Alinaria, extra
 portam S. Ioannis. cuius figura ex-
 primit statum feminae moribundae,
 adstantibus stentibus, cum cymba
 Charontis, aliis, in *Petri Sanctii*
BARTOLI *Veterum sepulchris s.*
mausoleis Roman. et Hetruscis, Tab. 55
Thef. Gronon. T. XII. f. 51. it. Tab.
81. f. 69. Alia denique marmora, in
 quibus defuncti, in lecto ferali collo-
 cati, conspiciuntur, u. apud **RY-**
BISCH *Monum. sepulchr. fol. 23. 56*
57. 59. 64. 87.

f) **KIRCHMANN** *fun. L. I. c.*
 II. p. 57

g) Sic in funere Pallantis, **VIR-**
GIL *Aen. XI. 30.* Dicitur *capularis,*
capulo uicinus, ISIDOR *Orig. XX*
c. 11. et, ob aetatem longaeuam, mor-
ti proximus, NON *MARCELL*
Cap. I. §. 13. p. u. 488.

h) In funere Pertinacis, **DIO**
CASS *L. 74. in Seuero, p. 843. sq.*

i) Imp. **IUSTINIANVS**, in *L*
un. §. 5. de lat. lib. toll. Serui, qui do-
mini funus pileati antecedunt, uel in
ipso lectulo stantes, cadauer uentilare
uidentur

k) De *Ricinio*, capitis mulierum ope-
 rimento lugubri, ex *Legg. XII. Tabb.*
 uide **CICER** *de Legg. L. II. c. 43*
GRAVINA, ad *L. XII. Tabb. OO*

T. I. p. 252. RITTERSHVS *ad L*
XII. Tabb. p. 23. GV THERIVS
Iur. Man. L. I. c. 17. p. 101. DACE
RIVS, ad *Festum, b. u. VOSSIUS*
in Ety. Lex. b. u. quibus addo, haec
vicinia sine dubio eadem fuisse, quae
ferales nittae dicuntur OUIDIO, in
lb. u. 101. Sed qualis fuit uestis matrona-
rum lugentium? albam illas gessisse ue-
stem, testatur PLVT *Qu. Rom. p.*
270. et HERODIAN *de fun. Seueri*
L. IV. c. 2. a PAVLLO tamen prohi-
bitam, Sentent. L. I. Tit. 21. §. 14
sed uidetur Paullus de tempore luc-
rus, post funeris combustionem, loqui,
Plutarchus uero et Herodianus de eo
tempore, quo nondum iusta mortuo
facta fuerant, ut recte SCHVLTING
Iurispr. anteq. p. 266. cui addo illud,
quod Herodianus clarissimis uer-
bis, assidere, ait, matronas lecto defun-
cti. loquitur ergo de septem illis diebus,
quibus iusta nondum persoluta. Errat
certe LIPSIUS, in Excurs. ad Tac.
A. II. 75. ubi putat, sub Imp. de-
mum licitas fuisse albas illas uestes, te-
stibus Plut. et Herod. qui sub Imp.
uixerint, et nescire uult, Paullum etiam,
contrariae sententiae addictum,
sub Imp. floruisse. Errant cum Li-
pso Fornerius, Kirchmannus, alii, quos
u. apud SCHVLTING l. c. adduc-
tos, adde NORISIUM, Cen-
Pif. diff. III. OO. T. III. f. 566. V-
tram uero per tristorem lugubrem a-
trum illum habitum, quem GORDI-
ANVS, in *L. 15. C. ex quib. caus. infam.*
mulieribus remittit, intelligenda sit alba
 uestis,

XVIII DE COLLOCATIONE MORTVORVM

tata, ^l obitum lugentes, defunctum anxie plorantes, quod Mar-
mor docet apud SPONIVM. ^m Lecto, animaduertis, appositam
esse aram, in qua thura igni, in acerra, siue thuribulo, incluso,
insperguntur, ⁿ in supremum defuncti honorem. Omnem, no-
sti, locum, in quo corpus iaceat, haberi Romanis pollutum im-
purumque, ^o hinc Cupressum, arborem lugubrem, ianuae do-
mus funestae appositam, ^p eo felicius impedire, quo minus san-
cta Pontificis persona, defuncti domum inopinato introitura,
polluatur. ^q Ita vero in uestibulo aedium, in omnium conspe-
ctu,

uestis, mulieribus concedenda, quod
putat CUIACIVS, ad Pauli sent,
OO T. I. f. 186. aliis diiudicandum
relinquo. Ceterum de albis matrona-
rum lugentium uestibus multa exponit
HIER. MAGIVS, Miscell. L. III
c. 14. p. 179. CHOVL. de rel. uett.
Rom. p. 66

l) Ita in Cenotaphio Caii Caes. Pisano
CVNCTOS. VESTE. MUTATA. u. NO
RIS. OO. T. III f. 561. 564.

m) SPON. miscell. erud. lit. pag.
308. nr. 12

n) Alia erat Ara, in sepulchro, aut an-
te illud, exstructa, ara sepulchralis MA
RONI, Aen. VI, 177. III, 63. circa py-
ram, Aen. IV, 509. VI, 224. OVID
ib. 101. qualem CICERO filiae su-
ae posuit, Epp. ad Att. L. XIII. In
Cenot. Lucii Caes. legitur LOCVS. AN
TE. EAM. ARAM. QVO. EA. STRV
ES. CONGERANTVR. u. NORIS
I. c. sic et Lunensis Ara in monumen-
to Neronis conspicitur, TRANQV
NER. 50. de his aris sepulchr. u. NO
RIS. Cen. Piff. diss. III. p. 381. et
MONTFAVCON. Diar. Ital. pag.
202. Alia erat ara, iuxta lectum appo-
sita, cum acerra, in qua, secundum
FESTVM, odores incendebantur,
Lege XII. Tabb. NEVE ACERAE
PRAEFERVNTOR, prohibita, ob spe-

ciem cultus diuini, u. RITTERS
HVS. ad L. XII. Tabb. p. 31. Acerra
in figura aenea conspicitur apud
CHOVL. de rel. uet. Rom. p. 266

o) VIRGIL. Aen. VI, 150. totam-
que incestat funere classem, in qua ue-
latur Aeneas defunctus

p) SERV. ad Aen. IV, 506. non
tota quidem arbor illa, sed excisae tan-
tum arboris frondes, VIRG. IV, 506
Arbor lugubris, Cupressus, funerea, fe-
ralis, Aen. VI, 216. tam ante domum,
quam circa pyram, Aen. IV, 506. pone-
batur. Sic autem in ianua, ab utraque
ualnarum parte, et superiore earum li-
mine, posita et circumducta uidetur, ut
figura coronae euaserit. hinc VIRGI
LIVS, fronde coronat funerea, Aen.
IV, 506. 507. OVID. Trist. III, 13
21. Praeter cupressum etiam Lauri ra-
mum apponebant, tanquam deprecantes
rogantesque Appollinem, uellet par-
cere istis aedibus, quas tutari uideret
amatam sibi contempere Diphnem,
MEVRSIVS, de Fun. Cap. I. Tbesi.
Gronoa. T. XI. f. 1087

q) NASCIMBVSI, not. ad Virg.
Aen. VI p. 599. Imo funera, ne sacerdo-
tibus obuiam uenirent, neue eorum
oculos uiolarent, noctu efferebantur,
SERV. ad Virg. Aen. XI. p. 890. san-
cta enim erat Pontificis persona, qui
funus

ctu, in lecto collocatus, septem stat dies, quibus peractis, eodem in lecto, uel lectica, praeter infantes, iam ad locum sepulturae, ipsa frequentia maxima, cum tibicinum cantu, cum praeficarum ululatu, cum coronis, per lectuarios ^x OLLVS

C 2

QVI

funus non aspicere debebat, SENECA, *de Consol. ad Marc. cap. 15.* Idcircoque inter Augustum, Pontificia praeditum dignitate, et inter funus Agrippae, cortina fuit expansa, quod se non intelligere scribit DIO, L. 54. f. 619 sed huius rationem ostendit NORIS *Cen. Pis. diff. II. C. II. OO. T. III. f. 176.* GÜTHER. *Iur. Man. L. II. c. 8. p. 221.* sed tamen Tiberio, Augusti successori, corpus Augusti attingere permittum fuit, DIO L. 56. f. 676

r) Infantes, pueros lactentes, non feretro aut lectica ferali, sed manibus, sub uberibus explicatis, ferebant matres, u. STATIVS, *Epiced. in filium*, apud MEVRSIVM, *de Fun. Thes. Gron. T. XI. f. 115*

s) Vetus inscriptio in marmore, Romae, in hortis Iustinianeis

ELATVS. EST. HORA. IIII

FREQUENTIA. MAXIMA

apud GRVTER. *pag. 965, 1. et REINES. Cl. XVII. nr. 30.* Alia, apud eundem REINES. *FVNVS. CVM MAIORE. POMPA. IMAGINVM QVAM. FREQUENTIA. HOMINVM Inscr. Cl. IV. nr. 6.* NEPOTI est maxima vulgi frequentia, *Att. XXII, 4 et in L. 5. C. Tb. de sep. viol. Eff. vri, cognouimus, cadauera mortuorum per CONFERTAM POPVLI FREQUENTIAM.* Ad quam legem u. FORNERIVS, *rer. quot. L. VI c. 13. Thes. OTTON. Iur. T. II. f. 293*

t) OVID: *Fast. VI, 660. 664* MACROB: *L. II. somn. Scip. c. 3* Sic praecedentibus Tubis Sylla efferatur, APPIAN: *B. C. L. I. f. 417* Sic alii nobiles ac fortunati cantu nenia-

rum et sono Tibiarum, P. VICTOR. *L. IX. uar. lect. c. 14.* Lex XII. Tab. TIBICINIIVS FORIS EFERE IVS ESTO apud CICER. *L. II. de Legg. c. 24.* et GODOFR. *ad L. XII. Tab. p. 124.* conf. BARTHOLIVS et MAGIVS *de Tibiis, alii*

u) Efferebatur 1) cum praeficarum ululatu. Hanc lugubrem euolationem prohibet L. XII. Tab. NEVE LESVM FVNERIS ERGO HABENTO CIC. *L. II. de Legg. c. 23.* hanc, lessus, uocem aetas subduxit, unde nec nobis quicquam superest, praeter coniecturam, GRAVIN. *ad L. XII. Tab. OO. T. I. p. 253.* Alibi CICERO, *hic nimirum, ait, est fetus, quem XII. Tab. in funeribus adhiberi uetuerunt, L. II. Tusc. quaeß.* Talem, in Gemma, praeficam, uultu in lacrymas demisso, ante urnam, trunco arboris emortuae impositam, sedentem, luctus causa, u. apud BEGER. *Thes. Brand. T. I. p. 140.* 2) cum coronis. Hinc in Pitaniis, CORONAUE, NORIS. *OO. T. III. f. 635.* MOREST. *de pomp. feral. L. I. c. 17. Thes. Graeu. T. XII. f. 1379* Videlicet, per septem illos dies coronati erant mortui, PLIN. *L. XXI, c. 3.* et L. XII. Tab. CORONA --- IPSI MORTVO --- DVM INTVS POSITVS ESCIT, SE sine FRAYDE IMPOSITA ESTO, quam GRAVINA ita exponit, *quod dia domi per IX. dies COLLOCATVM est cadauer, od L. XII. Tab. OO. T. I. p. 257* Longae tamen coronae L. XII. Tab. non mittebantur, NE LONGAE CORONAE, CIC. *L. II. de Legg. c. 24.* ut diuini honores cadaueribus adhiberi ne

QVIRIS, LETO DATVS, EX AEDIBVS EFFERTVR. Et cum antiquis quondam temporibus, uespera noctuque, cum facibus ac cereis sepulchralibus, suos sepeliuerint Quirites, y eiusmodi faces, secutis quoque temporibus, in funeribus diurnis adhibentur. z Haec sufficiant de collocatione Romanorum

V

Horum autem potestas cum in dies magis magisque ira cresceret, ut Roma, terrarum orbis, * multos ad se populos uel alliceret, uel, bello subactos, legibus adstringeret, ipsi haud dubie recentiorum Noui Testamenti temporum IVDÆI, Christo iam subiecti, cum legibus Romanorum tenerentur, hunc col-

ne uiderentur, RITTERSH. ad L. XII. Tab. p. 31. et RAEVARD. ad L. XII. Tab. Cap. 15. p. 60. sq. At, in funere Syllae coronae aureae plures, quam II.∞ prolatae sunt, APPIAN B. C. L. I. f. 417. Ferebantur illae interdem in lectulo, quod numus Caesaris, Dictatoris, docet, apud GVTHER *Iur. Man. L. I. c. 22. p. 131*

x) Leticarii erant serui, qui lecticam ferebant. Inscriptio apud LIPSI VM, *Elect. L. I. c. 19. p. 581. PI GNOR. de seru. p. 272.* In *marumore Florentino*, FELIX LECTICARI VS, et in alio, *Romae*, conspicuo, mentio fit *Decurionis et scribae LECTICARIO RVM*, apud SPON. *Misc. erud. ant. p. 223. sq. VLPIANVS, l. 49. ff. leg. 3* loquitur de Leticariis, qui solam matremfamilias portant, u. CUIAC ad L. 16. *qu. papin. in l. 65. de leg. 2. p. 402.* Referuntur ad ministerium, quod defunctorum exequiae requirunt. Conf. MEVRVS *Gloss. p. 267. et 115* Dicuntur etiam *Decani et Copiatae*, in *Nou. Inst. 59. c. 2. u. Comm. HOM BERGK 3u Dach, in Nouell. p. 480*

y) Octau. Augustus, noctu elatus, TRANQV. *Aug. 100. VIRGIL. Lu-*

cer, inquit, uia longo Ordine flammaram, et late discriminat agros, Aen. XI, 143. VAL. FLACC. L. III. Arg. us. 273. In *Cenotaph. Luc. Caes. Pifano, VNO CEREQ, VNAVE FACE NORIS. f. 633. conf. FORNERI VS, rer. quotid. L. VI. c. 13. et CASSAVB. in epist. ad Kirchmanu, in epp. Gudianis, p. 156.* Rationem, ob quam faces in funeribus adhibuerint Romani, duplicem affert MVRE TVS, ad *Tac. A. III. c. 4. p. 294.* adde huic tertiam, singularem certe, quam suppeditat ANT. CLARI SYLVIVS, ad L. XII. Tab. pag. 511

z) Sic in Funere Germanici, collucentes per campum Martium faces sunt uifac, TACIT. *A. III, 4.* Distinguunt interpretes inter cereos, quibus pueri, et inter faces, quibus uiri, sunt elati LIPS *excurs. ad Tac. A. III. p. 1177. MVRE TVS, ad Tac. A. III, c. 4. p. 294*

a) MARTIALI dicitur *Roma Terrarum Dea gentiumque, TVLLIO, lux orbis terrarum, arx omnium gentium, et NEPOTI, Vrbs, in qua domicilium orbis terrarum est imperii, uid. SPANHEM. de usu et praest. numism. T. I. diss. 3*

collocandi ritum ab Romanis accepisse uidentur. Hinc uideamus, quid de collocatione IVDÆORVM N. T. et PRIORVM simul CHRISTIANORVM iudicandum. Varios, constat, ritus ferale ab Romanis assumfisse Iudæos, ^b sub Romanorum uiuentes potestate. Multa non attingam, quae prudens omitto. Satis esto, de tibiis dixisse feralibus, quas in republica sua, tempore Noui Instrumenti, adhibuerunt Iudæi, ^c quos, scimus, ab Romanis didicisse, feralibus scienter tibiis cantare. ^d Huius certe collocationis uestigia in ipsius sepultura Tabæae, mulieris Iudææ, sed ad fidem Christianam conuersæ, pieque defunctæ, maxime ego probabili ratione nixus, inuenio. Viuit in ciuitate, loppe dicta, ^e in tribu Dan sita, singularis mulier exempli, et pietatis in Deum, et charitatis in proximum spectatæ, cui nomen Tabæae. ^f Haec in morbum incidit, iam moritur. Dein abluitur, ^g et in superiori aedium parte collocatur. Accedunt mulieres uiduae, pie defunctam plorantes ^h et collau-

C 3

b) u. SCVL TETVS, *Exerc. Euang. L. II. c. 55. pag. 158. sq*

c) Hoc confirmat, cum aliis, Iairi historia, MATTH. IX, 23 ubi ἀλλοτρίων, et locus FLAV. IOSEPHI, qui, multos, ait, conductos fuisse tibiis, ἀλλοτρίων, qui luctum inciperent, loppe capta. de B. I. L. III. c. 15. Conf. SCVL T. l. c. p. 159. Sed harum Tibiarum nihil, tempore V. T. sciuerunt Iudæi. Nam loca Veteris Instrumenti non de instrumentali, sed uocali, musica lugubri loquuntur. Minus ergo recte sentit GROTIUS, contraria nixus sententia, in *Comm. ad MATTH. IX.* ad cuius quadruplicem asserti sui rationem facile possit responderi

d) Conf. hic GEIERVS, de *luctu Hebr. Cap. V. §. 16. p. 73.* et WOLFF. *Cur. philol. ad Matth. IX.*

e) De hac urbe, cuius in sanctioribus iam paginis mentio facta est, IOS. XIX, 46. *cer. u. PLINIUM H. N. L. V. c. 13. RELAND. Pa-*

laest. p. 864. SALMAS. ad Solin. f. 569. WICHMANN. H. disp. de Samaria p. 24. Ceterum numus Titi, in quo dicitur ΙΟΠΗΩΝ, et quem RELANDVS, unde, nescio, profert, l. c. pag. 864. extat apud GOLTZIVM, teste LVC HOLSTENIO, ad *Steph. Byzantium, de urb. et pop. h. u*

f) Ταβθα ACT. IX, 36. Vox Syriaca, notat capream, Graeca, Δορκάς, notat capream syluestrem, Hebraica, decus. Huiusmodi nomina mulieres in Oriente non illibenter usurpasse, quia caprea tam a forma, quam a placiditate morum, apud Veteres commendaretur, docet BOCHARTVS, *Hieroz. L. III. c. 25. OO. edit. Leusd. Lugd. 1692. fol. 924. sq*

g) Locum, ACT. IX, 37. explicat MORESTELL. *de pompa feral. L. l. c. 10. p. 9.* apud Dn. ZORNIVM, *Bibl. T. I. P. VII. pag. 577*

h) More Iudæorum, MENOCH *de rep. Hebr. L. IIX, c. 5. §. 3. f. 769*

XXII DE COLLOCATIONE MORTVORVM

collaudantes, quae D. Petrum ad eum, in quo collocata est, adducunt locum, eidemque, ut ad tristitiam sanctus uir commouearur, ostendunt tunicas ac uestes, *χιτῶνας καὶ ἡμάτια*,ⁱ quas, ut uideretur, more uirginum et mulierum Iudaicarum,^k uel in sui, uel

i) Per quam utramque uocem **GROTIUS** uestem, interiorē et exteriorē, intelligit, *Comm. ad b. l. Act. Xiv* semper tunica est, qua corpus stringitur, quod ex *Hesychio, Aeliano, aliis*, probat **CUPERVS**, *obs. L. II. c. 7 p. 200.* per *χιτῶνας* h. l. intelligi fortasse possunt uestes preciosae et coloratae, quibus Hebraeorum uirgines utebantur, 2. **SAM XIII**, 19. quas **LXX Viri** reddunt *χιτῶνας*, quales erant uestes *Phrygionicae*, acu pictae, **NON MARCELL. Cap. I. §. 10** **ISIDOR L. 19. c. 22. 23.** **HIER. BOSSIVS de Toga Rom. C. XVI. p. 50.** et **Dn. GEBAVER, de arte uett. Phrygionica, Dresl. 1737.** Hae dicebantur *σαλαὶ ποικίλαι*, uti et *Babylonicae* uestes, acu pictae, **PLIN. H. N. III. 48.** **PERIZON. de origg. Babyl. Cap. III. §. 38** **BRAVN. de uestib. Sacerd. L. I. c. 16. §. CCXLI. p. 271.** **BOCHART. Phoen. L. II. c. 15.** Talis uestis erat pallium *Babylonicum Achanis*, **IOS VII, 21. cet.** Talis tunica *Tragicorum ποικίλων*, **POLLVX, Onom. II, 18** tunica ipsius *Bacchi*, **VII, 13. u.** **CUPERVS, obs. p. 227.** Hinc habitatio etiam splendida, ac bene exornata, dicitur *Pythagorae ποικίλη δίκην-σις*, **IAMBlich. uis. Pythagorae, nr. 205. u.** **Magnif. Dn. D. WEIDLER, Venerandi Patroni nostri, diss. de Legg. Cib. ac uest. Pythag. p. 30**

k) Hic erat labor uirginum mulierumque Iudaicarum, quae lanam linumque tractabant, u. **WOLFII Cur. Phil. ad Act. IX. p. 1148.** ac, temporibus

deinde secutis, Graecarum atque Romanarum. hinc uirgines **ISIDORO** dicuntur *insistentes uestigiis Minervae, lanificii inuentricis*, **L. XIX Origg. c. 20.** **Magnus** iam *Alexander* ueste indutus erat, quae sororum non solum donum, sed etiam opus, fuit, **CVRTIVS, L. V. c. 2. §. 20** Talis uestis domestica fuit *Octau. Caes. Augusti*, **TRANQV. Aug. 73 et 64** hinc *Rica, Ricinium*, uestimentum e lana splendida alba, quod coniciunt uirgines ingenuae, **FESTVS, uoce Ric. POMPONIO, L. 31. pr. ff. de Don. int. V. et V. uxor dicitur tanquam lanipendia**, et **§. 1. d. l. quae uxor lana sua uestimenta confecit.** Sic in **L. 15. C. neg. gest.** mentio fit *magistrae*, cui, pro priuignis, merces datur pro addiscendis, scilicet artibus mulieribus. Apud **REINES. cl. IX. infer. nr. 77** **AMYNNAE TEXTRICI VESTIAR TEN. adde L. 6. 9 et 16. C. Tb. de mureg. et gyn.** Apud **SPON.** est marmor **IRENES LANIPENDAE**, et in alio dicitur **AMYMONE LANIFICA PIA PVDICA DOMISEDA.** Vide, praeter scriptores, de re uestiaria, **PHIL. RV BENIVM, Elect. 17.** et *l'Antiquité expliquée et repraesentée en figures, par Dn. MONTFAUCON, T. III. P. I. p. 26.* Peruenit deinde hic labor ad uirgines et mulieres priorum Christianorum, quae non modo ob singularitatem sexus sui pudicitiam, sed ob studium etiam lanificii, laudantur. Ipse **TIANVS**, homo Graecus, sed ad fidem uersus Christianam, de uirgini-

bus

uel aliorum pertexerat utilitatem. ¹ Omnium autem oculis exposita et collocata uideretur Tabea. Locus, in quo collocatur, dicitur a Luca ὑπερῶον, ^m coenaculum, locus, et aedium altitudine, ⁿ et interdum etiam amplitudine, ^o insignis, in quo non tantum coenatum est apud Veteres, sed corpus etiam priorum Christianorum defunctorum expositum, quam sententiam confirmant ONVPHRIVS, PALOYSIVS, ^q et, ex parte, CALVOER. ^r Cur enim, cedo, ex inferiori in superiorem domus partem corpus defunctae Tabae adducitur, cur in loco, satis amplo, collocatur, nisi eum in finem, ut a quouis melius aspiciatur. Sed aspicitur a mulieribus uiduis, huc accedentibus, aspicitur a D. Petro, cui, misericordiae causa excitandae, detecta facie monstratur. Detecta, inquam, nullo certe panno ferali obtecta uideretur fuisse. Petrus enim, genibus innixus, precaturusque, os atque oculos conuertit in Tabeam, ut dormientem, quae, cum oculos uix aperiat, statim, sine uelamento prius auferendo, uirum hunc sanctum uidet. Sic de Tabea, singularis quae fuit sexus sui ornamenti, quamque, in omnium conspectu collocatam, maxime probabili, puram, ratione, nostram habes sententiam, non heri aut nudius tertius excogitatam, sed eruditus, MENOCHIO, ^s

GEI

bus priorum Christianorum, nostrae omnes, inquit, pudicae sunt, et intentae lanificio, uirgines, diuinos sermones edisserunt, in Orat. ad Graecos, § 53

l) Simile fere S. Paullae est exemplum, de qua, multa liberalitate in pauperes usa, HIERONYMVS, quis inopum, ait, mortuus non illius uestimentis obuolutus est, Epitaph. Paull. c. 2 et 7

m) De hac uoce ὑπερῶον dissertationem conscripsit quidam, nomine IO GREGORIVS, quem laudat VI TRINGA, de Synagog. Iud. L. I. P. I. c. 6. p. 148. seq. Conf. DILHERI diss. phil. T. I. p. 449. et STOKKI Clau. ser. S. N. T. p. 1009

n) Hanc altitudinem docet 1) radix huius uocis, ἄνω, superior pars domus. Dicitur autem ὑπερῶον elliptice,

scil. ὑπερῶον, conclauē. Loci huius altitudo patet 2) ex uerbis adiectis, ἀνῆγαγον τὸν Πέτρον, quam uocem Syrus probe transposuit per ascendere sicibeant. Similis uidetur phrasia in uita IO SEPHI ἐπὶ τὸ ὑπερῶον ἀναβάς, OO. T. II. f. 918

o) Locus enim coenaculi apud Veteres satis fuit amplus, u. STVCKII antiquit. Coniui. L. II. c. 11. BINGHAM Orig. Eccl. Vol. X. p. 51

p) ONVPHR. PANVIN. de ritu sepel. mort. apud uet. Christ. Cap. III. p. 8

q) ALOYS. Novarinus, ad Act. IX. apud Quensted. de sep. uet. Cap. 5

r) CALVOER Ritual. T. I. pag. 875

s) MENOCH. de rep. Hebr. L. 8. c. 5. §. 3. f. 769

XXIII DE COLLOCATIONE MORTVORVM

GEIERO, ^t QVENSTEDIO, ^u CALVOERIO, ^x diu comprobata, eo maiori quidem iure, quo certius Tabea non tam ad gentem Iudaicam est referenda, quam ad primos potius Christianos, apud quos, more institutoque Graecorum ac Romanorum, corpora defunctorum, lota ac uestita, in conspectu omnium collocabantur, testibus ONVPHRIO, ^y QVENSTEDIO, ^z NICOLAI, ^a CALVOERIO, ^b ALIIS. ^c Hunc enim priscum collocandi ritum retinebant interdum Christiani. Sic B. Paullae corpus publico fuisse spectaculo expositum, HIERONYMVS refert. ^d Ac splendide quidem, magnaque pompa ferali, suos collocabant. Defuncto enim, postquam inter preces, pie ac religiose effusas, ^e amicis suis osculum dederat, postquam Vale supremum iis dixerat, qui spiritum exciperent, iam os et oculi comprimentur. ^f Corpus deinde lauatur, ^g atque

t) GEIERVS, *de luct. Ebr. Cap. V. §. 13*

u) QVENSTED. *de sepult. uet. Cap. V. Thes. Gronou. T. XI. f. 1238*

x) CALVOER. *Ritual. T. I. pag. 875*

y) ONVPHR. *de rit. sepel. Cap. III. pag. 8*

z) QVENSTED. *sep. uet. Cap. V. Thes. Gron. T. XI. f. 1238*

a) NICOLAI, *de luctu Christian. Cap. XIII. in ACT. ERVD. Lips. Anni 1742. p. 424*

b) CALVOER, *Ritual. T. I. p. 875*

c) LORINVS, *ad Act. 9. apud QVENSTED. l. c. f. 1238. DILHERRI dispp. phil. T. I. p. 449 WOLFF Cur. philol. ad Act. IX, 36*

d) HIERON. *in Epitaph. S. Paulae. conf. BINGHAM in Origg. Eccl. Vol. X. p. 3. §. 11*

e) AMBROS. *Orat. III. in fratris obitum. Alius, et singularis, est HIERONYMI, in ob. Marcell. lo-*

cus, ad iter, quod ingressuri erant, moribundi Christiani se precibus accingebant, pro amicis et inimicis, amicis osculum figebant. et EVSEB. H. E. L. IV. c. 7. et 10. Signo se crucis inuoluabant, animam Deo commendabant. Conf. PFANNERI obs. Eccl. P. II p. 4. §. 11. Dn. de GOEBEL, in diff. proem. ad SAVRMANNI Tr. de lute circa sepulchr. p. 76. 77

f) AVGVSTINVS, *de matre sua, premebam, inquit, oculos eius, et confluabat in praecordia mea moestitudo ingens, et transluabat in lacrymas, Confess. L. IX. c. 14. Ipsi Seruatori nostro per Mariam oculos fuisse clausos, docet CHIFFLETIVS, de lins. sep. Christi, pag. 17. Plura ex patribus loca u. apud SVICERVM, Thes. Eccl. P. II. p. 2. §. 99*

g) TERTVLL. *Apol. 42. et GREGORIVS, Homil. 39. qui hanc lauationem dicit morem mortuorum, conf. BINGHAM Origg. Vol. X. p. 46. ARINGH in Roma subterr. L. I. c. 22. f. 70*

atque interdum ungitur, ^h candidoque ornatur uestitu. ⁱ Sed ornatus capitis, cui, si iuuenis esset, aut uirgo, corona imponebatur, non uidetur ante saeculum quartum adhibitus fuisse. ^k Totum uero defuncti corpus herbis floribusque conspergitur, ^l luminibus interdum accensis. ^m Sic collocatum est defun-

D

fun-

h) De uncto Petri corpore u. BA RON Ann. T. I. ad ann. 69. De Christianorum unctio, TERTVLL: de idol. c. 11. et Apol. c. 42. Hoc putat HEINECCIUS caussae esse, quam ob rem etiamnum in papatu tam multa sanctorum corpora ostenderentur, in der Abbildung der Griechischen Kirche, P. III. C. 7. §. 6. p. 431. Unctio haec ab Iudaeis ad Christianos profecta uidetur, u. CENTVR: MAGDEB T. IV. c. 6. p. 453. QVENSTED de rit. sep. C. 5. Thes. Gron. T. XI. f. 1233. ARINGHI Roma subt. L. I c. 23. f. 72

i) EVSEB: H E L VII. c. 16 et 22. NICEPH: L. VI. c. 11. Augustinus, apud CASALIUM, de rit. uet. Christi. p. 333. inuoluitur pretiosis uestibus, sepelitur unguentis et aromaticis, conf. CENTVR: MAGD: T III. C. 6. p. 138. candidas sibi uestes optauit CHRYSOSTOMVS, u. PALLAD: in uita Chrysof. et ARINGH: Rom. subt. L. I. c. 25. p. 81. Omnia, hucusque de Christianis recensita, paucis complectitur EVSEBIVS, apud ARINGH: l. c. p. 81

k) Nullum enim huius ritus uestigium ante Saec. IV. inuenio. Fallitur ergo CASALIUS, de rit. uet. Christi. c. 66. p. 334 qui hunc ritum, capita defunctorum coronandi, exemplo Marcrinae, sororis Greg. Nysseni, comprobare studet. Verum, non coronata haec dicitur, sed ornata tantum, quocunque modo, quod probe contra Ca-

salium obseruat Dn. de GOEBEL, in diss. proem. ad Saurmanni Tr. de lure circa sepult. p. 78. sed fallitur ulterius Casalius, quod probet ex Hieronymo et Augustino. Atque enim Hieronymus non de florum coronis, capiti uirginum defunctorum impositis, sed de uiolis, rosis, liliis, cet. super tumulos coniugum sparsis, ut ipse loquitur, epist. 26. ad Pammach. c. 2 OO. T. I. f. 106. Augustinus uero meminit cuiusdam uiri, qui aliquid florum de altari detulit, et uirgini uoribundae, non mortuae, ad caput apposuit, non caput coronauit, cuius deinde ad sanitatem uenit curatio, de Ciu. Dei, L. XXII. c. 8. Hinc patres ante saec. IV. respuunt hunc coronandi ritum, tanquam idololatriam, TERTVLL: de Coron. CL: ALEX Paedag. L. II. OO. f. 133. 134. et MINVTIVS FELIX, cui cum paganus quidam diceret, coronas in sepulchris denegatis, At nos, inquit, exequias adornamus eadem tranquillitate, qua uiuimus, nec aduertimus crescentem coronam, sed, a Deo aeternis floribus uiridam, sustinemus. Cap. 38. nr. 5. 6 BINGHAM: Origg. Vol. X. p. 59

l) HIERON: ep. 26. plura u. apud MENOCH: l. c. f. 774

m) De S: Paulla idem refert HIERON: in Epist. ad Eustach. Vtebantur autem Christiani luminibus, facibus, lampadibus, cereis. Quod de Constant. M: refert EVSEB: H E L VI. c. 15. et L. IV. de uir. Const. M c. 66. in Imperatoris, inquit, aedibus, celfo

functorum priorum Christianorum corpus, ut ab omnibus conspiceretur. Ceterum iuxta illud, lecto, loculo, feretro, ligneo quidem, impositum, cum a proximis, necessitudine iunctis, excubiae fierent, ° atque in his ad multam saepe noctem cantilena et gratiarum actiones in Dei gloriam instituerentur, originem Sacrae Vigiliae traxisse uidentur. ¶ Haec de ritibus, circa collocationem mortuorum in lecto ferali, apud ueteres Christianos

VI

Ad eandem Christianorum fidem cum et nostri conuersi sint Maiores, iniusti ageremus, si GERMANORVM penitus obliuisceremur. Age iam de his, sed breuiter, uideamus, de quorum collocatione, qua defunctus ab omnibus conspicitur, parum uestigii deprehendemus. *Apud priscos Germanos*, ut loquitur grauissimus Annalium Scriptor, *¶ nulla est funerum ambitio*. Sic enim distinguebantur hi a Gallis. *¶ Defuncti quidem fir collo-*

celfo atque edito loco, depositum est Constantini corpus, luminibus undique circa funus, aurea super candelabra, accensis, admirabile spectaculum intuentibus praebuit, quale in nullo unquam mortuorum ab ipsa V. C. uisum in terris fuerat. De pompa ferali atque exequiis Iustiniani, Constantinopoli factis, CO RIPPVS, *Poeta*, L. III. c. 1. apud HVB. GIPHANIVM, in *Comm. de Imp. Iustin.* pag. 54. De origine uero harum lampadum nocturnarum, a funeribus Christianorum nocturnis sub Paganis repetenda, u. apud IO ANDR. CRYSIVM, *de noctu et noct. offic. Cap. 13. Thes. SALLENGR T. II. f. 915.* Explicationem eandem dat CHRYSOST. *Homil. IV. in Ep. ad Hebr. OO. T. IV. f. 720*

n) GREGOR. TVRON. *de glor. Conf. 6, 104. AMBROS. ad Cap. II*

Luc. BINGHAM. Orig. Vol. X p. 50. sq

o) Quod de funere Constantini M refert EVSEBIVS, L. IV. in *uir. Const. M. c. 66.*

p) AVGVSTIN *Confess. L. IX. c. 12. GREG. NAZIANZ. de funere Constantii, religiosus*, inquit, *in his nostris officiis, h. e. nocturnis cantionibus ac ceterorum ignibus, quibus nos Christiani pium e uita discessum ornandum existimamus, Orat. 4. adu. Iulian. f. 44. BINGHAM. Vol. X. p. 51 sq. Dn. de GOEBEL, l. c. p. 78.*

q) TACITVS, *de mor. Germ. c. XXVII.* Erat haec Germanorum modestia, quos imitati sunt Indi, de quibus SOLINVS, c. 55. *nullas enim erat funerum apparatus, CLV VERVS, Germ. L. I. c. 53. f. 331*

r) IVL. CAESAR, *Bell. Gall. L. VI. c. 19. Funera pro culu Gallorum.*

Quae

collocatio, at non in lecto ferali, sed in rogo, cui corpus imponitur, et defunctus, si praeclari sit nominis, cum armis et equo igni traditur, atque incendio mortuus, sepelitur. Cimbri tamen feruntur, corpus lotum, ac sale conditum, u uestibusque indutum, ad hunc rogam per amicos suos, detecta quidem facie, tulisse, ut ab omnibus aspiceretur. x Hinc etiam posteris Saxones temporibus plures, quam olim, ritus ferales adhibuerunt, u. c. corporis unctionem, Carolo Magno comprobata. y Corpus deinde, cum unctum esset, ueste palla, palliue, z induebatur, feretro imponebatur, sed, in hoc collocatum, panno serico operiebatur. a Elatum denique, et, si augusta praeditum fuisset dignitate, multo cum ornatu sepeliebatur ac

D 2 the-

Quae uerba, pro *culta* Gallorum, emendat sic OVDENDORPIVS, in *edit. Iul. Caes. pro captu Gallorum*, ex L. 4. c. 3. B. G. Conf. IORNAND *cap. 49*

1) TACITVS, M. G. 27. CLVVERVS, L. I. *Antiqu. Germ. c. 53.* sed tamen apud Cimbros et humationem in usu fuisse, ex SAXONE, L. V. in *uita Frothi M. Regis Dan.* docet ARNKIEL, in *Cimbr. heidn. Relig. Cap. 42. p. 341. sq. et in Tr. von den Cimbr. Heiden begräbniß, Cap. 5. §. I. Conf. FABRI CIVS, L. I. Orig. Sax. pag. 68*

t) TACIT. c. 27. *id solum*, inquit, *obseruantes, ut corpora clarorum uirorum certis lignis crementur. struem rogi nec uestibus, nec odoribus, cumulant. Sua cuique arma, quorundam igni et equo adicitur.* Conf. HACHENBERG: *de German. med. ed. 1687. p. 414* ARNKIEL, l. c. L. I. c. 9. p. 130. ubi *rogus* in fig. aen. Idem SAXO GRAMMAT: refert, de funere Harald, L. 8. *Hist. Dan. f. 78. b. edit. Paris 1514.* igitur cum equo etiam sepeliuntur, uti, mandato Frothonis III Regis Dan. omnes milites, qui in acie

cecidierant, u. RHODE, in *antiqu. Cimbr. p. 8.* SAXO GRAMM. L. 6. *nr. 24.* apud ARNKIEL, in *heidn. Cimbr. Begräbn. L. I. c. 6. p. 30.* In Childerici certe monumento *equorum ossa reperta sunt*, conf. CHIFFLETH *Anastasin Childerici*

u) SAXO, *Hist. Dan. L. V. c. 24. pag. 96.* RHODE, *antiquit. Cimbr. p. 6.* ARNKIEL, *heidn. Cimbr. Begr. L. I. c. 9. p. 55. 58.* exemplum est in Henr. IV. *Imp. u. Chron. HIRSAVG f. 341. 351*

x) ARNKIEL, in *Cimbr. heidn. Begr. L. I. c. 9. p. 55. 58. 67*

y) KAROLVS M. *Capit. L. I. c. CLXII. conf. HACHENBERG Germ. med. p. 419*

z) LEGE SALICA, *Tit. LVII nr. 3.* ubi haec uestis dicitur *Aristato*, conf. *Tit. XVII. nr. 4.* quae fuit palla, pallium, stragula defunctorum, de qua plura dat DV FRESNE, *Gloss. med. lat. p. 323. u. aristato*

a) HVGO, in *Pf. 93. operitur panno serico, cet. HACHENBERG: l. c. p. 418*

XXVIII DE COLLOCATIONE MORTVORVM

thesauro, qui etiamnum effoditur e sepulchris. ^b Hic nihil quidem uideo collocationis, quam hic, gestio, uidere. aliam tamen, singularem, ac nostra certe attentione haud plane indignam, lego de corporibus Caroli Mⁱ atque Ottonis III Imperatorum Germanorum, ^c de quibus pauca praefatus, priscarumque gentium, Graecarum, Romanarum, aliarumque, contemplatus collocationem, transeo ego ad

VII

Hodiernas, easdemque uarias, terrarum gentes. Ac de IVDAEIS quidem HODIERNIS, quanquam omnibus fere populis, quibus receptus hic mos est, immixti sint, nihil tamen habeo, quod dicam, propterea, quod apud eos defuncti corpus, in terra repositum, mundo linteo obtegatur, atque a nemine amplius conspiciatur. *BUXTORFF* *Synag. Iud. Cap. 49. p. 699.* Sed de RVSSORVM in cadauere hominum defunctorum componendo ritibus, refert ex *Quenstedio CALVOER*, ^d defunctum, in mensa nudum positum, aqua calida, noctu quidem, ablui, ac deinde ab omnibus, quotquot defuncti domum inhabitent, mortuum, ut uiuum, patremfamilias coli, atque in sella mediae domus collocari. Habes hic, quae a re proposita non plane seiuncta uidebuntur. Qualis etiam, eique haud impar, ritus in funeribus a *BORVSSIS* obseruatur, apud quos cadauer, ut idem refert *CALVOER*, ^e uestibus albis calceisque indui-

^b) *LEGE SAL. Tit. LVII. n. 9* Si quis hominem mortuum super aliam in nauis miserit. Nauis est Sarcophagus. Prohibuerunt hac lege, ne furta, in defunctum commissa, tegeantur, neue cadauer ornamentis spoliaretur, quam ita exponit *BIOGVILHOFMANNVS*, *obs. Iur. Germ. L. I. Tit. XVII.* Ceterum, thesauros adhuc e sepulchris effodi, testatur liber, supra laudatus, *CHIFFLETHI, de anst. s. Childerici*

^c) Fertur enim *Carolus M* in sepulchro *Aquisgranensi*, corpore balsamifato, purpura indutus, gladio in latere

cincto, coronam in capite gestans, librum Euangeliorum in manu, sed in sede collocatus, inuentus fuisse, quod refert *RHODE*, in *antiquit. Cimbr.* p. 6. sic etiam *Ottonem III.* cum in Italia extinctus fuisset, a Pontificibus, et, qui cum eo fuerant, principibus, indatum purpura, compositumque arte, quasi adhuc uiueret, super equum posuerunt, *Chron. HIRSAVG. ad ann. 1001. f. 144*

^d) *CALVOER. Rit. L. III. Sect. I. c. 2. p. 818. sq*

^e) *CALVOER. ex epistola IO MELETETI, ad Ge. Sabinum, Ritual. p. 820*

induitur, et in sella erectum locatur, cui propinqui assident, qui defunctum insigni primum circumpotatione, deinde funebri lamentatione honestant. Reliquos, defunctum componendi, ritus, quos adhiberi uidemus a *Seruanis, Turcis, Sinensibus, Tattavisque Orientalibus, Iaponensibus, aliis*, in quibus TAT TARI in primis hanc etiamnum collocationem retinent, pluri- bus tradit CALVOER. ^f His denique adde regni TVNCHINI, & in peninsula Indica, trans Gangem fl. siti, incolas, qui eodem modo regem suum exponere ac sepelire solent

VIII

Sed, nobis, de collocatione defunctorum commemoranti- bus, quid cum gentibus ultimorum finium disiunctissimis, quid cum populis regionum, in alia plane mundi plaga sitarum, cum uideamus, in omnibus fere omnis Europae partibus eadem ob- seruari. Sed de hoc nihil, quod longum foret enumerare. ^b Patriis nos moribus aurisque iam institutis circa collocationem magnopere delectemur. Ac SAXONIAE quidem hic in pri- mis mentio nobis facienda est, cum nihil soleat intermittere, quod ad defuncti uel corpus, pertineat, pie honesteque sepe- liendum, uel ad memoriam, in animis lugentium altius defi- gendam. Tam enim gratum, tamque acceptum hoc Saxonum institutum est, ut, siue sit illustrium uirorum, siue ciuium sub- iectorum funus, corpus defuncti saepius, imo saepissime, com-

D 3

ram

p. 820. conf. HARTKNOCH. *dispp. bist. de nar. rebus Prussorum. Ann. 1679* diff. XIII. §. 2. p. 189

f) CALVOER. *Rit. L. 3. Sect. I. c. 2. p. 822. Dn. SAVRMANN. Tr. de iure circa sep. p. 128. §. 43*

g) Quod affirmant ex itinere red- euntes, uid. TAVERNIER, *in iti- nerario, P. III. c. 14.* Wenn ein Rdnig von Lunowin stirbt, wird er alsbald balsamirt, und in ein drächtig Bette geleat, alda ihn 65 Tage lang jedermann zu sehen bekommen kan, apud Dn. SAVR MANN. *l. c. p. 125*

h) De hoc ritu, qui in *Francogallia,*

et *Lutetiae* quidem, receptus est, rem exponit DVRANTVS, *de rit. eccl. L. I. c. 23. nr. 13.* *Lutetiae, inquit, cada- uer in uestibulo aedium, ad ianuam i- psam, uulgo COLLOCARI solet, quod non nullae ad consuetudinem ethnico- rum referunt.* Conf. BINGHAM *Origg. Vol. X. p. 51.* De *Italica*, qui adhuc hodie cadauera defunctorum preciosissimis uestibus induunt, et le- ctis, splendide exornatis, imponunt, ac palam publice efferunt, ita, ut unusqui- que faciem, et ex eius uestibus, et orna- tu, sexum noscere possit, uid. CAME RAR. *L. I. med. bist. c. 69*

ram collocent in lecto ferali. Atque in iis quidem Saxoniae Ducibus et Electoribus, qui DRESENAE, in illa illustri Principum Electorum Saxonum sede, uel mortui, uel ad sepulturam simul perlati sunt, primum inuenio *Christianum I*, Saxoniae Ducem, Diuae memoriae, cuius defuncti corpus, uariis uarii generis exornatum gemmis, ac pretiosis indutum uestibus, ciuium aspectui expositum fuit. ⁱ Hunc, patrem, secutus est *Christianus II*, cuius funus, die noctuque corporis custodibus stipatum, eundem in modum, in regio lecto expositum, ab omnibus fuit conspectum. ^k Ex recentiori temporum memoria ante nostros, Saxonum, oculos uersatur pompa feralis, qua *Rex Immortalis*, Princeps Elector Saxo, quem adhuc merito dessemus, si tamen pro dignitate satis desleri potest, FRIDERICVS AVGVSTVS, Pater patriae mitissimus, munificentissimusque, rebus exemptus humanis, inter omnium bonorum conclamationes Cracouiam, ad locum sepulturae Regum Poloniae, delatus fuit. Sed ante, quam ad illud quietis suae domicilium perduceretur, Varsoviae, regis certe ac magnificis sepeliundi caerimoniis, in lecto ferali, in omnium conspectu, collocabatur corpus Regium, ^l pristinum illud spiritus, tam Regii, tamque nobis

i) Mortuus est *Christ. I. A. 1591* Dresenae, de cuius collocatione haec habet WECKIUS, in der Dresdn. Chronike, p. 411. Der Leichnam ist alsobald fürstlich und kostbar bekleidet, und mit viel Kleinodien gezieret, auch, daß solcher von jedermann gesehen werden können, in die Schloßkirche, unter die Kanzel, gestellt worden. Quae, miror, a SLEVOGTIO, ubi de sepultura Christiani agit, omissa esse, in libro, *de sepult. Imp. p. 418* Dixi autem eum primum Principem Electorem Saxonem, ita collocatum, propterea, quod ante eum neminem eorum, quorum, Dresenae sepulcorum, WECKIUS meminit, inuenire poterim, qui ita fuisset collocatus

k) *Idem WECKIUS*, den Churfürstl. Leichnam, welchen bey Tag und

Nacht unterschiedene Hofofficierer und Diener bewachten, hat daselbst jedermann sehen können, l. c. p. 415

l) D. BVDDEVS, im Leben und Thaten *Friedrich Augusts*, der erblaste königliche Leichnam, inquit, ward in Warchau Tags darauf auf den königl. Palais in das Schloß gebracht, und allda Diensttages hernach einbalsamirt, sodenn aber eingekleidet, und unter einem kostbaren rothsammetenen Baldachin mit goldenen Treffen in ein Zimmer, gleichfalls mit rothen Sammt ausgeschlagen, und mit goldenen Treffen bedrämt, auf ein prächtiges Paradebette, welches auf einer Höhe von sechs Stufen zu sehen, ge-
leget. p. 51. Longum foret, multa Principum, hinc atque inde publice collocatarum, exemplum proferre. Vnum hoc addo, de corporibus *Guilielmi IV*,
serc.

bis charissimi, domicilium. Atque haec collocatio quantum uel ornamenti, uel honoris supremi, Principum summorumque uirorum adest personis, ut sua quemque ciuium fidelissimum obsequii religio moneat, quantum tribuendum sit Piis Augustisque Manibus, quantum laudis ex eodem ritu ferali percipit res publica, quae ab Maiorum institutis non recedat, tantum pietatis, tantumque exiimationis, defuncto praestandae, consequitur

VIII

VITEMBERGA, ut, cui commodum sit, permittat, mortuum in lecto ferali collocandi, quanquam haud negamus, multos hic ritus, qui Vitembergae obrinent, ab aliis etiam populis receptos esse. Quum ergo ab hominibus, mercede conductis, ablutum sit corpus defuncti, prius quam die sequenti exponatur, facies eius, ne liuescat noctu, linteolo quodam, uino, uel adusto, uel alio bene olente, imbuto, obtegatur, ipsum autem corpus linteis noctu inuoluitur. Dies cum iam illuxit, defunctus, ut eius uel honoris, uel diuitiarum, conditio iubet, eximie iam et comte ornatur. Namque imponitur sarcophago, ac ueste, ferali saepius, mit dem Sterbehemde, candida, rubris clauis fibulisque praetexta et subnexa, interdum tamen ea ueste, induitur, quam in uita splendidam et optimam habuit. Oculi sunt clausi, et cum in puluinari caput quiescat, defunctum potius dormire, putares, quam mortuum esse. Manus sunt extensae ac demissae, in quas saepe, si Clerici funus, S. Codex datur. Iuniores ceterum, et uirgines, et iuuenes, ornantur co-

RO-

sereniss. Ducis Vinarientis, eiusque Coniugis Principis, *Eleonorae Dorotheae*, ut et Filiae Principis, *Guilhelminae Dorotheae*, quae corpora, augusta certe pompa ferali, omnium oculis exposita fuere, quod literis publicis mandatum ac typis excussum, *Lenae*, 1653 et *Vinariae*, 1665. Mihi, haec de Vinarica cogitanti, uenit in mentem collocationis sollemnissimae Illius Princi-

pis, quem ego puerulus adhuc ueneraturus fui, et cuius obitus omni *Vinariae*, Anno 1728 grauissimum infixit uulnus, Serenissimi, dicam, *Principis* ac Ducis, Diuae et sempiternae memoriae, *GUILIELMI ERNESTI*, cuius, Tanti Principis, ossa moliter quiescant, anima uero Sanctissimo Dei aspectu, perpetuaque caelorum felicitate, perfruatur

XXXII DE COLLOCATIONE MORTVORVM

ronis, ^m non nunquam etiam flores, arte singulari confecti, in corpus coniciuntur. Ita corpus defuncti exornatur, ita in aliqua aedium parte, in conclavi, si praeclarum sit funus, fenestris obscuratis, parietibus, uelis funestari cultus omni ex parte infuscatis, ita pedibus, ad ianuam promissis, in lecto ferali collocatur hic, apud nos, Vitembergae. Adfunt, ueste mutata, pullati, qui hoc funebri corporis habitu, summum ob defunctum dolorem declarant. Apponuntur iuxta lectum candelae accensae, quibus, clare lucentibus, in tam funestato loco funus dilucidius aspiciatur. Nec desunt praeficae, uestibus albis exilibus indutae, non quae ululent, sed speciem moerentium praebeant, interdum et lacrymas profundant. Ita defunctus, pie ornateque compositus, in multam stat noctem, stat in sequentem etiam imo tertium diem, quo, ipso sarcophagi operimento, hic uero, sarcophagus, nigro panno ferali, cui alba crucis figura lintea affixa est, obrectus, uel humeris, uel uehiculo interdum ferali, iam effertur. Tam triste funestumque est corporis collocati spectaculum, quod oculis nostris exhibere solet VITEMBERGA, ut ad uerum quisque, haudque infucatum, adducatur luctum. tam laudabile, ut pium, Christianoque homine dignum, declaret moerorem, defuncto praestandum. tam antiquum denique, ut a nostris non solum Maioribus, sed Romanis etiam, imo et Graecis, illud, uere constet, receptum esse. Sed, quo laudabilius est hoc institutum, nobis a maioribus traditum, hoc uehementius cuique, uellem, comprobaretur, in primis, cum multis nitatur sanae rationis argumentis, quem ad modum in altera iam, eademque iuridica, docebimus tractatione. Quare ad hanc uenimus, et in ea exponemus, quid iuris sit circa mortuorum in lecto ferali collocationem

TRA

m) Imponitur, si uirginis aut adolescentis funus sit, capiti corona parua, margaritis intexta et adornata. reliquae uero coronae, si quae a Patrinis mittantur, a latere lecti feralis appenduntur. interdum etiam corona pectori acubus affigi, aut pedibus apponi, et alia quaedam, maior quidem, sarcophagi tegumento imponi solet, iuxta corpus collocatum

TRACTATIO IVRIDICA
DE
COLLOCATIONE MORTVORVM
IN LECTO FERALI

I

Mortuorum collocatio est solemnitas feralis, siue actus, ad sepulturam honestam, et quidem solemnem, referendus. Cum uero sepultura, respectu caerimoniarum et solemnitatum, ad forum ecclesiasticum, n̄ ut olim apud Romanos Ius Manium ad Pontifices, ō pertineat, exinde apparet, *iurisdictionem circa mortuorum collocationem eidem iudicio ecclesiastico competere.* Forum igitur sanctius cum caerimonias ferales et concedere, et denegare, possit, p̄ non dubium est,

E

n) STRYK. in V. M. Tit. ff. de Relig. §. 5. *Denegatio quidem, inquit, sepulturae honestae poena est, quam non instigit, nisi, qui ius cognoscendi de crimine commissio, illudque puniendi, habet, b. e. magistratus politicus. Potestas uero de caerimoniis, in funere adhibendis, huc refero collocationem, de concionibus, funeribus ordinandis, cetera spectat ad indicem ecclesiasticum. uid. etiam CARPZOV. L. II. def. Eccles. 378. §. 5. BOEHMER. Ius Eccles. P. II. p. 1073. IDEM, de Iure Patroeb. Sect. IV. C. II. §. 1. sqq. p. 212. WERNHER. Iur. Eccl. Cap. XIV. p. 274. 277.*

o) VLPIAN. l. 8. ff. de Relig. l. ult. §. 1 ff. mort. inf. CUIAC. L. VI. obs. 32. Inscr. Rom. EX PERMISSU PONTIFICIORVM fecerunt. EX DECRETO PONTIFICVM apud SPON. Misc. Erud. Ant. p. 223. item

INDVLG. PONTIF. LOCVS. DATVS apud REINES. Cl. XVII. nr. 1. Non obstat, quod Aediles Curules, qui non Pontifices erant, edicto, de funeribus, modum imponere sumptibus poterint, u. CIC. Phil. IX, 9. OVID Fast. VI, 663. et basis marmoreae, ad radicem Pyramidis sepulchralis C. Cestrii, Romae positae, inscriptio, PER EDICTVM AEDILIS apud REINES. Class. II. inscr. 73. Neque obstat Praetoris edictum, de sep. uiol. aut interdictum prohibitorium, de mort. inf. item, de sep. aedif. uel refic. Cessabat enim Pontificum iurisdictione, si poena peteretur. nam poenae erogatio iurisdictionis non est, sed legis. At Pontifices religionis sunt iudices, legis uero senatus. Verba GVTHERII, de Iur. Pontif. L. II. c. 9. p. 202.

p) Alia enim est denegatio caerimoniarum circa sepulturam, de quibus apud nos

XXXIII DE COLLOCATIONE MORTVORVM

est, quin etiam statuere queat, cuius defuncto haec collocatio sit concedenda. Quenam uero sint rationes, ob quas hic ritus uel permitti, uel dissuaderi, uel plane denegari, possit, paulo nunc lucidius exponamus

II

Collocationem in sequentibus, quos propono, casibus, *iniustam* puto atque *illicitam*, ubi uel nimii in eam sumtus impendantur, uel, ubi non amplius adhuc uegetum, sed deformius, uel pauperum, uel denique tale sit defunctorum corpus, cui alias honesta et omnis solemnitas denegatur sepultura. Tunc certe iniusta atque illicita est, cum nulla sumtuum ratio habeatur, sed nimii potius atque inutiles sumtus adhibeantur. Ab hoc uero collocationis genere merito abstinendum esse, non tantum Patres sanctioris coetus grauissimi, sed ipsi etiam Pagani, extra sodalitatem puriorem uiuentes, censuere. Per hos nimios atque inutiles sumtus eum, uides, abusum intelligi, quo norma exceditur uel in defuncto amiciendo et tegendo, uel in rebus, quae circumstant, u. c. in cereis, iuxta sarcophagum ponendis, in conclauis parietibus, omni ex parte fuscandis, et tunc quidem, quod probe, uelim, notes, cum supra defuncti fiat conditionem. in primis uero idem abusus ex ornamentis cognoscitur, quae iure Romano cum corporibus condi non lice-

nos Consistoria cognoscunt, WERNER *Iur. Eccl. Cap. XV. §. 6. p. 277.* alia est *denegatio ipsius sepulturae*, loco poenae facta, quae indubie spectat ad magistratum saecularem, BOEHMER *Iur. Eccl. T. II. p. 1073. §. 36* Breuius sic tene. aliud est, *quomodo quis honeste sepeliendus sit*, aliud, *utrum quis honeste sepeliendus*
 q) HIERON. *T. I. uit. Pauli Erem. OO. T. I. p. 240.* et CHRYSOST. *Hom. 84.* adde GERHARD *Loc. Theol. T. VIII. p. 138. §. 82*
 r) TVLLIUS *de Legg. L. II. c. 24 De Crotanintis*, Graecis, eorumque causis abstinendi a nimii sumtibus funeralibus, singularis est IAMBLI

CHI locus, in *uit. Pythag. nr. 122* 123. p. m. 104

s) Qui hodie in Saxonia penitus abrogantur, u. ART. GENER. XV. uerb. Es soll auch der unnützen Kosten mit Aushebung 2c. und anderer, so noch bis daher bey den Begräbnissen an etlichen Orten gebräuchlich gewesen, und die Leute dar mit nicht wenig beschweret worden, zu gleich abgeschafft, und mit Ernst darüber gehalten werden. it. ORDIN. POLIT. Tit. 18. Von Begräbn. §. 1. nicht ein geringer Excess mit andern übermachten Dingen 2c. nicht geringe Unkosten aufgewendet worden

t) Vid. *infra. §. X*

u) u. *ib. §. X*

licebat, x etiamsi defunctus hoc mandauerit. y Sunt enim hae infanae z uere impensae, sunt inanes, quibus eo quidem tempore, quo omnis moribundi et honos, et potestas, et dignitas, euanesceit, satis docetur, quanta sit mortalium imbecillitas. Neque tamen ideo ipsam omnemque repudiamus defunctorum collocationem, nisi omnes funerum caerimoniae contemnere, et cum illo, ueritatis pariter ac religionis, si qua fuit, infelici patrono, Arnaldo a dicam, ineptire, ne dicam insanire, uelimus. At enim, si modo sumtus, ad funus necessarii, b adhibeantur, si modo pro sua quisque conditione ac dignitate, c pro suo quisque decore atque honore, ac secundum loci obseruantiam, absque omni uel uestium, uel rerum, quae circumstant, luxu, in conspectu omnium collocetur, hunc omnino collocandi ritum concedi posse putarem. sed ea collocatio, in quam nimii impenduntur sumtus, aequae mihi improbat, atque

III

Ea, qua corpus, minus adibus uegetum, sed plane deformius, collocatur. d Cum enim eam ob causam collocetur defun-

E 2 crus,

x) VLPIAN. L. 14. §. 5. Relig. Haec iure Rom. Sed modernum ac legitimum horum ornamentorum usum infra, §. IX. monstrabo

y) MARTIANVS, L. 113. §. f. de Leg. 1. Ita uxor, apud SCAEVO LAM, in L. 40. §. 2. aur. et arg. Funerari me arbitrio uiri mei uolo, et inferri mihi, quaecumque sepulturae meae causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, et uiriotas ex sinarogdis

z) Omnes funeris impensae infanae omittantur, Abas. FRITSCHIVS, in Anal. sac. L. III, c. 60. p. 119. in NOV. ANT. 1721. p. 15

a) Hic enim omnes caerimoniae ferales abrogare uult, NOV. ANT. 1701. p. 108. et summe Vener. LOE SCHER. in supplem. ad Ann. 1701. 1710. pag. 656. 613. 614

b) Quales sunt, qui adhibentur ad processum exequiarum, ad elationem corporis ad locum sepulchri, imo, ad depositionem defuncti, quae omnia VLPIANVS, in L. 14. §. 4. de Relig. intelligit per uocem, commendandum, quam ita explicat CVIACIVS, L. II. obs. 17. qui, depositionem, ait, defuncti esse intelligendam, sine dabbio in sepulchrum. sed tamen quid impedit, quo minus depositionem in lectum etiam feralem, in sarcophagum, intelligamus, siue collocationem ipsam

c) Infra §. IX. Hinc et D. Cyprianus, etsi alias a sumtibus abhorreret, suo tamen ipse exemplo sumtus, pro cuiusque conditione exigendos, comprobauit, quod PALLADIVS, in nit. Cyprian. annotauit, apud ARINGH Roma subt. L. I. c. 25. §. 4. f. 81

d) Ita olim Romani neu ipsam tunc

XXXVI DE COLLOCATIONE MORTVORVM

crus, ut eum omnes, qui uelint, possint aspicere, superuacanea haec certe foret collocatio, quae omnium ab se oculos auerteret, si, uel tempore mortis, uel post mortem, uultus liuescere ac deformior fieri inceperit. quod fieri solet uel anni tempore grauissimo, quo calores sunt maximi, uel ea coeli tempestate, qua fragores tonitruaque exoriuntur. Tunc igitur, ubi uultus defuncti deformior euasit, non suadenda uideretur collocatio, quae ideo *in pauperum* etiam *funeribus* merito intermittenda, ne pudeant pauperes, quorum uultus solet esse prae fame deformior, minusque aspectu iucundus.^e Accedit, quod pauperibus res domi angusta sit, quibus tam parum saepe relinquunt pecuniae, ut illis mortuis, uti P. Valerio Poplicolae, ^f et lectus funebris, et rogos, addo ego, et collocatio, siue impensa in eam, desit. Neque tamen ideo pauperibus omnis honesta denegatur sepultura, quanquam solemnis, hac enim auferentur certe sumtus, a pauperibus uix exigendi. Interim tamen honesto ritu pauperum corpora humanantur, ^g cum honesta sepultura etiam absque caerimoniis ^h paragi possit ^h

IIII

Quibus autem honesta interdicitur sepultura, illi omni etiam iure priuantur hac collocationis celebritate. Huc referendi

tunc corpus, sed corporis tantum effigiem, in toro s. lecto ferali ponebant, ut ab omnibus conspiceretur. TAC. A. III, §. 10. LAVRENT. *de fun. uet. Cap. I. Thes. Gronou. T. XI. f. 1171*

e) Quam ob rem Iadaei etiam, teste MAIMONIDE, faciem defuncti tegunt, *de luctu, Cap. IX. §. 1. f. 288*

f) VAL. MAX. L. IV, c. 4. §. 1 Ita et NEPOS, tanta, refert, paupertate, decessisse Aristidem, ut, qui efferretur, uix reliquisset, *uir. Arist. III, 2.* et Cimone complures pauperes mortuos extulisse, qui, unde efferrentur, non reliquissent, IDEM, *Cim. V, 3.* testatur

g) ORDIN. ECCL. *Art. Gener. XV*, Daß die Armen sowohl, als die Reichen, ehrlich zur Erden beståtigt werden, et in DECR. SYNOD. d. a. 1624 Mit Bestattung der Christen abgeleiteten Cörpern gestemmet sich auch nicht anders, denn daß gebühlich umgegangen, und von den Ueberbleibenden die in Gott entschlaffen, ob sie schon arm auf der Welt gewesen, ehrlich zu ihrem Ruhebettlein gebracht werden, adde CARPZ. *def. eccl. L. II. 375. p. 78*

h) CARPZ. L. II. *def. 375. nr. 3* Quia sufficit, inquit, ad honestam sepulturam, quod ritus ac caerimonias solennes adhiberi permissum sit, licet ex defectu pecuniae saepius omittantur

di sunt, qui, sui facti conscii, uiolentas sibi manus afferunt, h. e. *Αυτόχειρες*, i quos si collocaremus, atque in aspectu exponeremus, iniuste ageremus. *) Neque *melancholicorum* collocatio suadenda, qui mortem sibi, quod uerissime constet, uoluntariam conscuerunt, etsi cum caerimoniis, sed moderatioribus, sepeliri soleant. ^k Horum enim, cum uel laqueo se suspende- rint, uel uiscera ferro transfoderint, uel alia se ratione perditos iuerint, quam, quaeso, deformis erit aspectus, quem merito abhorres. Neque minus hoc iure priuantur *rei, in custodia mortui*, si crimen confessi, aut conuicti de eo, fuerint, item, sacris interdicti, h. e. *excommunicati*, qui, uti honesta sepultura, ^l ita et solemnem priuantur collocatione. Ceterum praeter eos, quibus denegamus honestam sepulturam, et illi, *qui pesti- fero moriuntur tempore*, non debent collocari, quod clarissima docent PR. ELECTORIS SAXONIS uerba, mox ad- ducenda. Haec de casibus, in quibus collocatio non conce- denda. Sed audiamus

V

Rationes, ob quas haec mortuorum collocatio fieri et possit, et debeat, quas tamen nemini obrudendas, sed cuique potius expendendas, propono. Cum omnis sepultura, et quidem honesta, ^m tum nostra etiam collocatio, quatenus est solemnem et honestus actus sepulchralis, 1) *officium est pietatis*, ⁿ *cha-*
E 3 rita-

i) CARPZ. *def.* 376. SCHILTER *Jur. Can. L. II, Tit. 14. §. 9.* quod tamen liquido probandum, nec in dubio praefumendum. Inueniatur ergo quis suspensus. Hic nisi antea minatus fuerit, se sibi manus illaturum, non *Αυτόχειρ* habetur, argum. *art. 32. Constit. Crim. Carolinae*

*) Ita enim in casu, quo uxor maritum, aqua suffocatum, domi, in sarcophago, linteo ferali amictum, diem totum, collocauerat, CONSISTOR VITEMB uxoris factum per decretum, *M. lun. anni c15 15 cc xxxix* datum, improbauit

k) CARPZO. *def.* 377. adde *Vener. PARENT disp. quid liceat in hom. demort. corp. quaest. 4*

l) SCHILTER. *Jur. Can. L. II, c. 14. §. 10*

m) Exemplo Patrum, qui suos se- peliuerunt, GENES. *XXIII, 4. L, 7 IOS. XXIV, 37. cetera*

n) VLPIAN. *quis enim, ait, sine pietatis intentione alienum cadaver furerat, L. 14. §. 7. de Relig. et §. 13. eod. Tit.* Loquitur autem Vlpianus sensu laxiori

XXXVIII DE COLLOCATIONE MORTUORVM

ritatis et humanitatis, ° quod nos docet, bene agi cum corporibus defunctorum. P Haec enim sancte sunt tractanda, 9 tanquam domicilia pristina hospitis, tam sanctae, corporique tam charae, animae, † digna certe, quae exoptata quietis in terra felicitate, quam, maiorem licet, ac pleniorē, anima in coelo sentit, perfruantur. Itaque cum et alia humanitatis officia corpori, pie honesteque tractando, non denegemus, nemo, opinor, erit, qui hanc mortuorum collocationem iniustam praedicabit. Nec minor II) *exinde bonos, defuncto praestandus, enasci* uideatur, cum actus sit honestae sepulturae. Hoc ergo non in Principum tantum personis etiamnum, ut olim, recte obseruatur, ut in omnium conspectu collocati, a subiectis suis mortui, ut uiui, colantur, † sed cum uiris etiam magnis atque eruditis,

o) VLPIAN· L. 6. pr. et L. 14 §. 7. 8. de Relig. SERV· SVLPITI VS, in ep. ad Cic. de Marcelli obitu, ita, quae nostra fuerunt officia, pro collegio et propinquitate, et uiuo, et mortuo, omnia praestimus, in Epp. uulgo ad Fam. IV, 12. Conf. CIC· Orat. pro Mil. c. 32. et FABRI semestr. L. II c. 1. p. 8

p) SCALIGER, *sunt cognata nobis*, inquit, *semina quaedam immortalitatis, cuius adeo appetentes sumus, ut et sepulturae prospiciamus, et nolimus cadauer nostrum male haberi*, Poet. L III, c. 20

q) SYN· DECR· A· 1624. u. supra, §. III. lit. d) Sant corpora pie defunctorum templa Spiritus S· sunt ipsam illud sanctum, quod aliquando sanctum colorum templum intrabit. Sunt illud, quod oculi Dei custodiunt, sunt, quod in his magni aestimatur, cum quo angelorum est commercium. En tibi corporum nostrorum dignitatem sanctitatemque. *Sunt corpora*, inquit AVGVSTINVS, *ad patris coelestis imaginem renquata, membra uiua Christi,*

spiritus templa, sunt uasa et organa ad bona opera, quibus S· Spiritus usus est, de Ciu. Dei, L. I

r) ORIGENES, L. 8. adu. Celsum, p. 397. Et de primis Christianis affirmat CAVE, sie wünschten sich, daß, was so lange Zeit das Behältniß einer uns sterblichen Bestlage gewesen, bey seiner Beerdigung ordentlich möge von einander genommen, und dessen Rudera oder Ueberbleibsel ordentlich aufgehoben werden, im erst. Christ. P. II. cap. 2

s) Cultus ille apud Gentiles, Romanos, ad apotheosin accedebat. Romulus imaginem fratris sui, Remi, post mortem in folio suo apposuit, ut ab omnibus coleretur, DIONYS· L. I antiquit. Sic Hadriani reliquias, Romam aduectas, atque in hortis Domitiae collocatas esse, ut ab omnibus conspectae adorarentur, refert IUL CAPITOL· in Anton. Pio, Cap. V cuius uerba, ex sententia Casauboni, contra Gutherium erudite defendit Dn. de GOEBEL, l. c. pag. 72. Sed ueriorē, et ab apotheosi Pagana recedentem, cultum de Constantini M· funere EVSEBIVS refert, qui, Imperatorem,

ditis, uita defunctis, eo praeclarius, uidemus, agi, dum omnium oculis exponuntur, quo magis uidelicet sentiantur, quanti uiri nominis fuerint, qui mortem obierint. ^t Imo uero in funere defuncti locupletis et ditioris si collocatio plane ommitteretur, modicis tantum sumptibus adhibitis, hoc profecto, non in eius honorem, sed contumeliam potius, factum censeretur. ^u Singulari certe III) nos omnes flagramus *cupiditate, amicum nostrum*, quem uiuum uehementer amauius, semel adhuc, licet mortuum, ante, quam ab oculis nostris adimatur, *aspiciendi*. Parentum quidem, sic collocatorum, liberi, horum uero illi delectantur aspectu. amici, quorum praecordia tristitia tanguntur, uehementer laetantur, qui ultima uice amicum hic aspiciant. Hoc enim pietatis atque humanitatis officio declarant, quam ardentem optent, ut sibi diutius cum illo uiuendum esset. Reminiscuntur adhuc felicissimi illius temporis, quo cum eo uixerint. narrant sibi inuicem, quantos ex illius uel conuersatione, quae sibi cum eo intercesserit, uel pietate, quam singularem in se ostenderit, uel sermonibus, quos cum eo habuerint, quantos, inquam, fructus perceperint, quantique adhuc sibi, si ulterius in uiuis esset, capiundi. Hoc ergo officium ab amicis amico praestatur, cum ne inimici quidem hominis defuncti abhorreatur aspectus ^x

VI

Accedit III) quod, quo diutius, quoue religiosius, corpus collocatum intueatur, *hoc uehementius, ac felicius, ad ueram mortis commentationem excitemur*. Quantum enim utilitatis affert defunctorum ex aedibus elatio, inter hymnos Christianos

zorem, ait, in arca depositum, perinde ac uiuum et spirantem, flatis horis, ab exercitu, genibus flexis, post obitum fuisse solutatum, in uie. Const. M. L. IV c. 67

t) Ex DIOD. SIC. L. 31. refert PHOTIVS, Bibl. f. 1159. sq. in describenda L. Aemilii sepultura, Romanos solitos fuisse, mortuorum imagines ad similitudinem uitae effingere, ut quis-

que intelligeret, quantas in uemp. dignitates singuli et honores gesserint

u) VLPIANVS, L. 14. §. 10. de Relig

x) Sic, Hannibalem, PLVTAR CHVS refert, cum audisset, Marcellum cecidisse, ad locum accurrisse, ibique diu corporis robur et formam contemplantum fuisse, in Marcell. f. 315. et in fragm. NEPOTIS

nos ^y procedens, tanquam solemnitas sepulturae honestae, ^z tantum commodi enascitur e collocatione, ad sepulturam honestam referenda. Hic enim aditus, qui cuius patet, ad domum quarum ac tristitiarum, haud uanus profecto est, aut superuacaneus. Hic mortalium quisque uidet, talem se esse, qualis hic, defunctus, fuerit, seque fore, qualem hunc, defunctum, coram conspiciat. Hic senex, qui illum, pie defunctum, in lecto ferali intuetur, eandem sibi de uita migrationem optat, qua morte placita quiescat. Hic iuuenes eodem funeris aspectu assuescunt, ne horreant aut trepident mortem, ^a sed feliciter ad ueram ac sanctiorem perueniant uitam. Tam multiplicem sui usum commendat haec mortuorum collocatio, propter quem illa, tanquam pia ac laudabilis consuetudo, intermitteri certe non possit, imo, nec debeat. Itaque V) *ut quisque coram uideat, eum hominem, quem audiuit mortuum esse, uerissime uita excessisse,* ^b utque appareat, *utrum morte naturali, an uero uiolenta, mortuus fuerit,* opus est, opinor, ut collocetur in omnium conspectu. Haec fuit ratio, Paganis iam perspecta, ob quam apud eos in morte non modo conclamatum ^c fuit, quo significaretur, defunctum expergefieri non amplius posse, sed potius uerissime mortuum esse, ^d sed et corpus collocatum, ut appareret, ecqua ei uis fuerit

y) ART. GENER. XV. Es soll auch die Leiche ic. mit christl. Gesängen, dadurch die Menschen ihrer Sterblichkeit erinnert, und des zukünftigen ewigen Lebens erinnert, begleitet, und zur Erden bestattet werden. Quo saepius hoc fieret, eo fructuosior foret pompa feralis

z) Eod. Art. XV. Alle Toden sollen ehrl. begraben werden, denen Lebendigen zu einer Erinnerung ihrer Seeligkeit, auf das ein jeder sein Ende, und wie ungewiss das selbe sey, bedenden, und sein Leben in Busfertigkeit einrichten, und sich zum Tode bereit und geschickt machen möge

a) Ita olim Lycargus non prohibuit, quo minus mortui in Urbe sepelirentur, et ante oculos haberentur monumenta sacerorum, propterea, quod iuuentutem assuescere uellet, et quasi innu-

trire huiusmodi spectaculis, ne trepidarent uel mortem horrerent, tanquam quae pollueret tangentem mortuorum corpus, ut refert PLVTARCH. in uic. Lycurg. p. 56. et ISIDORVS cum uideris mortuum, monet mentem, et ad memoriam te reducit, ut mortuum recorderis, L. XV. origg. c. 13

b) Cum enim publice, coram, in omnium conspectu, exponatur, uerissime, apparet, eum mortuum esse. LIVIUS, L. XXX. extr. conspecta eius mors fuit, quia publice, detecta facie, elatus fuit

c) KIRCHMANN. de funer. p. 67. GVTHER. de iur. Man. pag. 82. et 94

d) PLATO, quod ad mortuorum COL

rit illata. ^e Imo, *eadem hominis*, uerissime mortui, *collocatione*, *nihil hic fraudis lateat*, docetur. Quod quidem, haud scio, an tacite simul intelligere uoluerit PRINCEPS ELECTOR SAXO. ^f siquidem et reip. interest, ne debitor defunctus clam efferatur ac sepeliatur, ne quid fraudis committatur. Fac enim, debitorem obaeratum soluendo non esse, fac, eum iam aegrotum uideri, fac, eum nunc mori. Instat exequiarum dies. Defunctus est efferendus. Effertur. Sed hic, antea non collocatus, ut ab omnibus conspici potuisset, in sarcophago oblecto dicitur iam efferri, poteris tunc dubitare, utrum hoc sarcophago defunctus ipse, an potius moles quaedam, qua sarcophagus fuerit repletus, efferatur. At creditor in aliam interim regionem, in qua nemo eum obtorto quasi collo rapit, excessit, euasit, erupit. Hoc certe casu necessitatem collocationis, putarem, suaderi. Quid denique

VII

Si VI) *Testatoris haec ultima fuerit uoluntas*, siue scripta, siue ore prolata, uti post mortem in omnium conspectu collocaretur. Namque homines, constat, moribundos, in primis Romanos, ut alias Gentes taceam, ^g uaria de suo funere mandasse, ^h u. c. de monumento, sibi exstruendo, ⁱ de eo, quem testator

F

stator

COLLOCATIONS. *Primo et illud statuendum est, ne longiore temporis spatio intus fiant, quam quo declaratur, uerene sit aliquis mortuus, an non.* L. XII. de Legg.

e) POLLVX, ideo, ait, COLLOCABATUR, ut omnibus inquirere liceret, an defunctus uulneribus, aliisue signis mortis, immaturae ac uoluntariae, confossus fuerit. L. II. cap. VII. §. 1. et C. IVL. HYGINVS, cum aliquis decessisset, tubicines cantant, et amici conuocantur, testandi gratia, eum neque ueneno, neque ferro, interiisse, fab. CCLXXIII

f) GEN. ART. XV. §. da jemand. ubi iubet defunctos XII, plus, horas

domi retineri, ut non tantum mortui uideantur, sed ut uere etiam constet de obitu eorum, uerbis, daß sie vor todte Menschen angesehen, und doch gleichwohl lebendig worden

g) De Herode u. IOSEPH B. I. L. 1. c. 21. EGESIPP. L. 1. de excid. Hieros. c. 46. De Hebraeorum ultima uoluntate u. MENOCH de rep. Hebr. p. 753. NICOLAI, de sep. Hebr. p. 267. De Cyro, XENOPH. Cyrop. L. 8. f. 187. De uett. Christianis AVGVSTIN. de Cur. pro mort. c. 3

h) C. Oct. Augustus uno de tribus uoluminibus, ab se confectis, mandata de funere suo complexus est, TRANQV. Aug. 101. DIO, L. 56. f. 676. 677. in

quo

stator elegerit se funeraturum, * de sepulchri sui inscriptio-
ne, ^l de pompa ferali et pilearis, funus praecedentibus, ^m de ro-
sis, anniuersaria memoria ad sepulchrum ferendis, ⁿ de aliis a-
libi. ° Et tunc certe omnino debet expleri defuncti uoluntas,
cum

quo haec, *gausapes, lorices, purpureas et
coloreas meas*, cet. u. BAYFVS, de co-
lorib. C. V. p. 161. Otto Imp. celeriter,
nam ita praeceperat, *funeratus est*,
TRANQV. Or. XI

i) Sic Strato, Physicus Graecus, testa-
mento suo haec scripta reliquit, *quae ad
monumentum pertinent, ea sic aguntur,
quemadmodum Arcesilao et Olympico
et Lycuni uisum fuerit*. DIOG. LAERT
uit. Strat. L. V. f. 129. De monumento, ad
exemplum eius exstruendo, quod in uia
Salaria esset, P. Sept. Demetrii, AL
FEN. VAR. L. 27. de condit. et dem-
onstr. Conf. POMPON. l. 6. pr.
eod. GAIVS, L. 5. de Rel. IMP. ALE
XANDER, l. 5. et l. 7. C. de Relig.
VLP. L. 14. §. 6. ff. de Rel. ad
quam legem uid. III. CRELLII disp.
de monum. sec. test. uol. fac. Hinc et
in marmoribus, TESTAMENTO HOC
FIERI CVRAUIT, Rapp. FABRETT
Inscr. C. III. f. 1:4. ur. 93. EX. TEST
ZONI. CVRAUIT REINES. Cl. XI
inscr. 73. e contraria sibi uctuit exstrui
monumentum Frontinus, apud PLI
NIVM, *impensa monumenti super-
uacanea est memoria nostri durabit, si
uita meminimus*. L. IX, ep. 19

k) VLP. L. 12. §. 4. de Re-
lig. L. 14. §. 13. eod. Bene ac sapienter So-
crates, a Critone quaesitus, quemadmo-
dum sepeliri uellet, *ut tibi*, respondit, *ni-
debitur, sepelito*, CICERO, Tuscul. qu. L. I

l) Sic *Virginus Rufus* inscribi se-
pulchro suo iussit, HIC SITVS EST
RVFVS, cet. apud PLINIVM, qui eum
ideo uehementer laudat, *quod uicuri
sui nominis famam supremis in titulis*

prorogari uoluerit, L. IX, ep. 19. Apud
SPONIVM, c. POSTVMVS. C. LIB
VENVSTVS. TESTAMENTO. PON
SIBI. TITVLVM. MARMOREVM. IVS
SIT. Misc. erud. ant. p. 295

m) Imp. IVSTINIAN. L. un. §. 5
C. lat. lib. roll. conf. DION. HA
LIC. L. IV. f. 228. CUIAC. L. III
obs. 23 et Wilb. a LOON, Neomag.
Eleytheria, f. de manumiss. seruorum a-
pud Rom. Vlerai. A. 1685. Cap. IV. §.
29. p. 80. fqq

n) De his testantur inscriptiones apud
Grut. et Reines. u. GVThER. de l. M. L
II. c. 10. p. 240. PIERIVS VALER
L. 55. KIRCHM. L. IV. c. 3. Dn.
de GOEBEL, l. c. p. 91. fqq

o) u. c. de pileatis seruis, in ipso
lectulo defuncti testatoris stantibus, qui
cadauer uentilent, L. un. §. 5. C. de
lat. lib. roll. de corporis illatione in
Campaniam, L. 30. §. 2. de adm.
uel transf. leg. inscriptio apud
SPON. HILARA MINOR VIVA
ROGAVIT VT OSSA SVA IN OLLA
MIDAE COICERENTVR CVM MORT
ESSET. misc. erud. antiqu. p. 289. Si
ad exequias feneris mei uenerit, l. 91
de condit. et dem. et HORATIO
dicitur Thebis, anus improba, sic e-
lata ex testamento, L. II. sat. 84. pl.
u. apud BRISSON. de sum. p. 671
Talis erat Attici ultima uoluntas, de le-
cticula ferali, NEP. Att. XXII, 4
Talis Corneliae, matris Gracchorum,
de parentatione, NEP. fragm. u. Iu-
ni RVTGERS. Var. lect. V, et
apud GRVTERVM, TEMPORE
PARENTALIVM. QVODANNIS - -
FARM

cum haec ultima modis omnibus conferuari debeat, modo non sit inepta et uoluntas, qualis tunc foret, si quis superbiae atque ostentationis causa uellet collocari. Modo testator mentis fuerit compos, alias enim haeres, si secus faxit, laudandus. At, si praeceperit de corpore suo collocando uel ita, ut ille, conditionis et dignitatis suae haud immemor, nihil de superbia aut fastu cogitauerit, *) uel ita, ut ferali tantum amiculo, imo Sterbefleide, inuolutus, collocaretur, non modo eius uoluntas non dici inepta poterit, sed omnino expleri etiam debet. Habes hic rationes, quibus ego nixus putarem, et concedi posse, et debere, mortuorum collocationem. Nec obstant uerba Rescripti apud CARPZOVIUM, quo factum mulieris cuiusdam,

F 2

PARENTEVR. fol. 753. nr. 4. Sic de sui loco sepulchri. hinc in infer. H. L. S. T. O. *bunc locum sibi testamento ordinauit*, quae uerba singulari figla exprimuntur in infer. apud GRVTER. f. 547. nr. 1. *de Statua, sibi collocanda*, testamentum est *Lyconis*, apud DIOG. LAERT. *uit. Lyc. L. V. f. 131.* De aliorum, *Diogenis, Solonis, Anaxagorae*, uoluntate ultima, CIC. *quaest. Tusc. L. I*

p) *Decret. P. II. caus. 3. qu. 2. nr. 4. it. cap. 26. qu. 1. nr. 14. et 15. conf. W. CRELLII disp. de monum. sec. uol. test. fac. p. 17. sqq*

q) Quae non ualebat apud Rom. u. c. de ornamentis, cum corpore condendis, L. 40. §. 7. *de aur. et arg. leg. hoc enim dicebatur hominum factum simpliciorum, L. 14. §. 5. Relig. et in L. 113. §. ult. Leg. 1. dicitur inepta uoluntas defunctorum circa sepulchram, ueluti uestes, aut si qua alia superuacua. ubi tamen necessariae simul uestes excludi non possunt*

r) *Arg. l. 27. ff. condit. instl. ubi of. fa non in mare coniecerat haeres, conf. Foresti FORESTI Enarr. iur. pag. 197*

*) Sic *Strato, physicus, et Lycon*. Graeci uiri, testamento suo cauerunt, *ne quid luxuriosus, neque illiberalis, circa funus rogumque suum ageretur.* DIOG. LAERT. *uit. Strat. et Lycon. L. V. f. 129. 131.* et de testamento *L. Cuspidis*, quo *intra uoluit ita moderari, ut neque illiberalia, neque superflua essent*, u. FORNERIVS, *rer. quotid. L. VI. c. 13.* in OTTONIS *Thef. iur. Rom. T. II. f. 293*

s) Verba sententiae, *Ist eine vornehme Frau, Adlichen Standes u. worauf die Mutter die Leiche anfangs in ihre Kammer, nachmahls aber in ein Geröbde, so sie in ihrer Behausung hat, gesetzt, täglich angesehen, und darüber gemeinet. Nachdem aber bereits ein zwey Monat vorüber gegangen, das Erbbegräbniß nicht geschehen, und verlauten will, daß solches wohl gar eingestellet werde. u. Vides plane insolitum cum corporibus defuncti agendi morem, ac matre Christiana indignum, quae filio suo eam denegauerit in terrae gremio quietem, quae nostra omnium mater est. Hinc ne mirere, quod hoc feminae tam insolens factum improbatum fuerit, uerbis, weiln gleichwohl obbemeldeter Adel. Frauen Beginnen ihrem Christenthume als*
serdings

XXXXIII DE COLLOCATIONE MORTVORVM

dam, nobilis quidem, infantem suum collocantis, improbatum. Est enim casus, quo mater infantem plane non sepelire uoluit. Neque obstat Mandatum Regium. loquitur enim de alio plane tempore, de alio loco, aliis de sumtibus. Ergo neque hoc mandato hunc, legimus, ritum prohibitum esse. Imo possunt omnino corpora, quod hodierna praxi docetur, aliquot horas uel dies collocari. Sed

VIII

Quot horas uel dies defuncti sint collocandi, cum exponimus, considerandum esse, monemus, tempus, quo de uita migrarunt. Arque olim quidem illi, qui tempore pestifero, uel ipso morbo grassante, uel alio, perierant, in omnium aspectu collocari solebant. imo in ipsis etiam templis. Quae ramen collocatio, ne ultra fiat, prohibita est Mandato Regio, quod de hoc tempore pestifero totum agit. Hi non collocandi, sed statim potius tempore sepeliendi, ne, corporibus inhumatis, ad maiores Deus exciteret poenas. Quod uero eorum attinet col-
locati-

lerdinga nicht gemäß, cum potius der verstorbene todte Körper, christlichem und bürgerlichem Gebrauche nach, in die Erde begraben werden sollen. *re. CARPZOV. L. II. definit. 373. f. 573. sq.*

1) Verba *mandati Regii, d. d. 2. Dec. 1713. in COD. AVG. T. I. f. 1833.* de tempore contagii, perpetuo nexu in §. 7. legenda sunt, Weshalber Wir aus Unsern Oberr- und Consistoriis an die Superintendenten bereits gemessene Verordnung ergehen lassen, auch zugleich befohlen haben, daß die Leichen, es sey der Todesfall von verdächtiger oder anderer Kranckheit erfolgt, zur öffentlichen Schau, als welches ohnedem eine überflüssige Sache ist, und zu vielen unnötigen Aufwand Anlaß giebt, nicht mehr auszustellen, oder in die Kirche gesetzt, vielmehr die an verdächtiger Kranckheit verstorbene, obgedachter massen aufs baldeste, die übrigen aber zu sonst gewöhnlicher Zeit, unter die Erde zu bringen. Agitur ergo hic 1) de alio scil. contagii tempore, u. uerba inscriptionis huius

mand. die Contagions-Anstalten betreffend.

2) de alio collocationis loco. alius enim est locus aedis, alius aedium. de priori casu, in loco aedis, s. templi, loquitur mandatum, uerb. praec zu solcher Zeit in die Kirchen nicht gesetzt werden. et h. l. zur öffentlichen Schau re. nicht mehr auszustellen, oder, quae uerba sequentia explicant antecedentia, in die Kirche gesetzt. nos autem hic loquimur de collocatione in aedibus defuncti. 3) de sumtibus superuacuis et nimis, uerb. eine überflüssige Sache, und zu vielen unnötigen Aufwand Anlaß giebt. quos et nos supra reieciimas, §. II. Ergo hic tempus, locus, sumtus distinguantur

u) Conf. *mand. Reg. d. 2. Dec. 1711 COD. AVG. T. I. f. 889. et b. l. §. VII. lit. z*

x) uide *mand. id. iam alleg. lit. z*

y) ARTIC. GEN. XV. Nachdem auch Bericht einkommen, daß zur Zeit rezierer:

locationem, qui alio, nec pestifero, perierunt tempore, de his idem ualet, quod de eorum exportatione et humatione sancitum. Hinc cauendum, ne iusto uel breuius, uel longius, tempore stent supra terram, quo periculum exoriat. Collocetur ergo corpus ad duodecim, minimum, horas, ante quod tempus nemo defunctorum efferendus, propterea, quod interdum, ob subitaneos morbos, apoplexian, ecstasin, alios, mortuis tantum similes uideantur, ac breui deinde reuiuiscant. ² Hoc ergo tempus duodecim horarum breuissimum est, ante quod non efferendum est corpus. Quamdiu autem domi sit tenendum, nullum inuenitur. Sed certum est, tamdiu collocari, nec sepeliri, debere, quamdiu putrefactionis nondum apparuerint indicia, e quibus certissime constet, defunctum uerissime defuisse uita, cum uerissimum grauissimumque mortis indicium sit putredo. ³ Habes de tempore, et quamdiu collocari possit defunctus. Sed, collocatio cum solemnitas siue actus sollemnis sit sepulturae honestae, superest, ut uideamus

VIII

Quenam sint sumtus circa solemnitates, in collocanda corpora faciendi. Cum omnis sepultura honesta, quae sollemnis dicitur, tum et collocatio, tanquam honestae sollemnis sepulturae actus, duo haec complectitur. Primo, ut conditionis ac facultatum defuncti, deinde, ut loci consuetudinis ratio habeatur. Ad *conditionem defuncti sepeliendi* quod attinet, quam uariae

gierender Pestilenz ic. die Körper etliche Tage in den Häusern unbegraben liegen, e ner in der Stube, der andre vor der Thür, der dritte im Garten liegen, gefunden worden, um welcher unmenschl. unerbarm Härigkeit willen Gott noch zu grössern Förm und Strafe beweget werden möchte ic

2) ART. GEN. XV. Da jemand von Gott durch Krankheit und tödtlichen Abgang von diesem Jammerthal abgeföhret würde, soll derselbe nicht alsobald begraben, sondern zum wenigsten zwölf Stunden dahem im Hause behalten werden, in Betrachtung, daß etliche durch geschwinde Krankheiten oder Ohnmacht etwa also schwach mattlos und verzückt, daß

sie vor todte Menschen angesehen, und doch gleichwohl über etliche Stunden wiederum sich erholet, verständig und lebendig worden. Conf. CARPZOV. *def. For. P. I. p. 334.* Nota sunt *reuiuiscen- tium* exempla iam apud Romanos, Coelii Tuberonis, Ruffi Messalae, Auiolae Consularis, aliorum, PLIN. *H. N. L. VII. c. 52.* adde CORN. CEL. *SVM. praef. L. I. de re medic*

a) De qua nuper edita est dissertatio, *sur l'incerititude des signes de la mort*, par Msr. Jacques Benigne WINSLOW, Paris. 1743

variae sunt mortalium conditiones, tam varium esse, uides, officium, quod hominibus sepeliendis praestatur, ^b tamque uarias ac distinctas caerimonias, quae in funere solezni, et in collocatione, adhibentur. In sepultura Principum Regiae certe solemnitates, Principibus dignae, adhibentur, quod exemplo Herodis, Constantini M. aliorumque, supra docuimus, magnificae dicam, an diuinae, quae in funeribus Imperatorum Rom. pars *Ἀποθεώσεως* habebantur. ^c Qui amplissimo functi erant magistratus munere, sepeliebantur cum fascibus, lecto impositis, uarioque uestitu. ^d Leo I. Pont. Max. Saec. V. cum ornamentis Pontificalibus, mitra in capite, fatis ampla, casulaque coopertus, cum pallio. ^e Archiepiscopi cum pallio. ^f Episcopi, Presbyteri et Diaconi, iussu Benedicti III. P. M. comitante ipso Pontifice et omnibus Episcopis, Presbyteris et Diaconis. ^g Sacerdotes denique, Episcopi et Clerici apud ueteres Chri-

b) Officia haec possent ita distingui. Officium *humanitatis*, sepeliendis amicis, *miseri cordiae*, inopibus et pauperibus, uel afflictis, *pietatis*, superioribus, parentibus, dominis, *affectionis*, coniugibus, liberis, praestatur. Videtur et ipse VLPIANVS idem sentire, cum illud quadruplex funerandi negotium distinguit, et quaerit, *utrum sit negotium ipsius humanitatis, an uero misericordiae, uel pietati tribues, uel affectioni*, L. 14. §. 7. *de Relig.* ad quam legem u. BYNKERSH. *obs. Iur. Rom. L. IV. c. 22. p. 428. sq.*

c) Hoc breuiter, sed erudite, explicat Du CHOVL. *de relig. uett. Rom. p. 65.* Ceterum de funeribus Imp. et Principum extat libellus SLEVOG TH, et CASP. PFLIGERI, *de pompis funebr.* in quibus Imp. pompae ferales describuntur. u. NOV ANT. 1726. p. 288

d) ASC. PEDIAN. *Or. Cic. pro Mil. Faeces, ex lecto Libitinae raptos, attulit ad domum Scipionis. De uestitu au-*

tem *Rom. defunctorum* haec constant. Vestis apud *Rom.* corporis defuncti erat toga, *magistratibus* praetexta, *Senatoribus* purpura, *Imperatoribus* paludamentum, Graecis pallium, u. IOS LAVRENT. *Fun. ant. Cap. I. Theb. Gronou. T. XI. f. 1171*

e) u. ARINGH. *Rom. subtr. L. II c. 8. n. 4.* ad quem locum Dn. SAVR MANNVS obseruat, *illud tum temporis factum fuisse, quod PATENTER EXPOSITA fuissent cadauera, Tr. de Iure circa sep. p. 120*

f) u. *Cap. 2. X. de auctor. et usu palliorum*

g) Ita enim *Bened. III. P. M.* constitutione sanxerat, ut cum Episcopus, uel Presbyter, aut Diaconus moreretur, Pontifex, ipse scilicet, una cum omnibus Episcopis, Presbyteris et Diaconis, nec non et reliquis Clericis, ad eius sepeliendum corpus, et commendandam animam, conuenirent, u. ANASTASIVS, *de uita Pont. R. T. I. f. 404 ed. Rom. 1718. Petrus, Episc. Alex. et martyr,*

Christianos, cum uestibus sacerdotalibus. ^b Hodie apud nos Sacerdotes interdum cum libro, in manus dato, et collocari in lecto ferali, et sepeliri, solent. qui ritus, cum libris defunctum sepeliendi, perantiquus, priscis iam Romanis, ⁱ Iudaeis recentioribus, ^k priscis quoque Christianis, ^l ac Germanis, ^m receptus. Sumtus ergo, qui, ut in genere in funus, ita etiam in specie in collocationem, fieri solent, pro defuncti omnino dignitate ac facultate aestimari debent. ⁿ Siquidem, quod VLPIANVS ^o ait, actio funeraria oritur ex bono atque aequo, aequum autem ex dignitate eius, qui funerari debet. At

G enim,

martyr, uestibus sacerdotalibus, albi coloris, colobio et onophorio indutus, sepultus est. Conf. DILHERI *dispp. T. I. p. 448*

h) CASALIVS, *de rit. uett. Christ. p. 333*

i) Numam, refert PLVTARCHVS, *in Numam, sepulchrum fuisse cum suis, quos scripsit, libris, et hos, refert PLINIUS, e charta cedrati libri confectos, in arca Numae sepulchrali, in Ianiculo in agro inuentos, ex Casio Helmina, uetustissimo Annalium auctore, H. N. L. XIII. Cap. 13. Sic in Pisanis aliisque monumentis defunctus cum libris cernitur; apud RYBISCH. *Inscript. f. 37. 57. 59. 62. 64. 86. 87.**

k) Cum libro Legis, quod ex Maimon. refert WAGENSEL: *Sota, p. 310. 1180. CARPZOV. T. VI Conc. Fun. p. 674. SCHICKARD de Iur. Hebr. p. 435. adde GOETZII *Sodenbiblioth. p. 43.**

l) THEODOR. H. E. *L. II. pr.* refert, Barnabae, Apostoli, reliquias sub arbore siliqua reperas esse, super cuius pectore fuerit Euangelium Martiaci positum, ipsius Barnabae manu descriptum, apud SAARMANN *Tr. l. c. p. 119.*

m) Carolus M. cum libro Euangeliorum sepultus est; u. RHODE, *antiquit. Cimbr. pag. 6. Recentiorum ex-*

emplum temporum refert PETR. BELONIVS ita, *superioribus, saec. XVI, annis in Gallia Narbon. in oppido Louicorum sepulchrum est inuentum, in quo cadaver erat conditum - - atque urna - - libri quoque duo, cet. L. II. de operum ant. praest. c. 8. Tbes. Gronou. T. VIII f. 2593. Hoc scimus, Beato quondam D. Hier. Wellero, in funere eius, appositum esse Codicem N. T. Graecum, An. M D X X I. M. Martio, Hagenaee impressum, de quo quid iudicandum, u. IO. MILLIUS, *in proteg. ad N. T. nr. 1136. f. 114. qui uero codex, ex sarcophago ante, quam beatus uir sepeliretur, exceptus, et Mich. Hempelio, Freibergensi, dono datus, qui hoc ipse, quod refero, in fronte huius edit. manu sua scriptum reliquit, posteris deinde temporibus, quo, nescio, casu ad nos peruenit.**

n) *L. 12. §. 3. de Relig. Sumtus funeris arbitrantur pro facultatibus uel dignitate defuncti, ubi uox, arbitrantur, passim accipienda, pro aestimantur, sicuti in L. 17. fin. de ini. rupt. trahitur, pro defendetur. u. RITTERSH. ad L. XII. Tab. p. 25. Adde ORD. POL. Tit. 18. Von Begräbnissen, §. 2. nicht unbillig, sondern löblich und christlich, daß die Verstorbenen, ihrem Herkommen, Stand, Amt und Vermögen nach, ehrlich zur Erde bestattet werden.*

o) VLPIAN. *L. 14. §. 6. Relig.*

enim, ne uel excedamus in sumptibus circa defuncti collocationem, uel honos aut fama eiusdem detrimenti quid capiat, sumptus, tam nimii atque immodici, quam nimis parci, merito prohibentur. Ac nimii quidem atque immodici. *debet enim, secundum VLPIANVM, p) haberi ratio facultatum eius, in quem facta est impensa, et ipsius rei, quae ultra modum sine causa consumatur.* Nimis autem parci etiam prohibentur, qui infra hominis locupletis ditiorisque dignitatem sunt, qui certe in eius contumeliam facti uiderentur. ^{q)} Vt autem sumptus, et immodici, et nimis parci, utque haec Scylla et Charybdis feralis eo melius euitentur, res omnis iudicis, prudentioris quidem, arbitrio relinquitur. ^{r)} Alterum est, *ut consuetudinis loci ratio habeatur*, quae, uti in funeris uel elatione, uel deductione et comitatu, ita et in collocatione, pari modo est obseruanda. Sic caerimoniae, in ducendo infantium funere, ex obseruantia loci adhibentur. ^{s)} quae quidem loci obseruantia non tantum in posterum retinetur, sed ex integro etiam confirmatur. ^{t)} Et quanquam olim, secundum Ius Quiritium, quod supra commemorauimus, ornamenta, quae in collocatione Rom. splendidissima fuerunt, cum corpore condere licitum non erat, ^{u)} hodie tamen, si modo in collocando et humando corpore talia adhibeantur, quae mori et consuetudini loci non repugnant, in primis in funeribus honoratorum, ^{x)} omnino non improbantur. ^{y)} Tunc enim loci consuetudo ius facit,

p) VLPIAN. L. 14. §. 6. Relig. Hoc autem foret ultra defuncti facultates, ultra modum, sine causa, ubi quis collocaretur ueste serica, cum tamen linteo uix panno tegi posset. Vel, ubi multis cum ornamentis exponeretur, quae diuitiarum suarum conditionem superarent

q) L. 14. §. 10. de Relig. Tunc enim Iudex sumptum omnino non debet admittere modicum factum, cet

r) O. P. R. Tit. XLII, §. 3

s) ART. GEN. XV. §. 11. und aber zc. solche Kinder nicht weniger, als die andern, mit christlichen Cerimonien, nach dem des Orts Gebrauch 16.

t) ORD. POL. Tit. 18. Von Begr. §. 3. Und lassen Wir es hierinne an dem Orten, wo gewisse Ordnungen und Gesellschafften, obseruantiae et societates ferales, seyn, allerdings dabey benenden, und wollen, daß denselben in allen genau nachgelebet werde

u) L. 14. §. 5. Relig

x) c. 3. X. de ancc. et usu pall. Hoc etiam moris fuit in prisca ecclesia, ut ii, quibus aliqua competeret magnificentia, cum ornamentis sepelirentur, u. ARINGH. Rom. sub. L. I. c. 25 §. 4. f. 81

y) CARPZ L. II. def. eccl. 392 nr. 6

cit, et uim legis habet. ^z Hic ergo nobis caueamus, ne modum excedamus ornamentorum, in funeribus pro dignitate defuncti et obseruantia loci adhibendorum ^a

X

Ad hanc loci obseruantiam, circa funerum collocationem, pertinent *lumina et cerei*, qui circa lectum feralem, in quo corpus iacet, poni solent. Quod ad eam collocationem cum cereis attinet, quae in ipsis olim ecclesiis fiebat, scimus, nobiles non die tantum exequiarum, sed aliquot etiam hebdomadibus post, cereos iuxta sarcophagum posuisse, eo quidem tempore, quo sacra adhuc procurabantur. ^b Quod autem deinceps, ut differentia inter Principum esset personas, et Principum uasallos, interdictum, ac Lege sancitum est, ut nobilibus, iis quidem, qui uel sagum gerant, uel togam, usque ad Summum, quem dicimus den Obersten, octo, reliquis autem sex tantum cerei, si eos uelint adhibere, ac die quidem, quo in defuncti honorem concio feralis haberetur, nec pluribus diebus, concederentur. ^c De cereis autem, qui in defuncti aedibus corpus circumstant, cum nihil, quod sciam, sancitum sit, sed potius consuetudinis hic ratio habeatur, ideoque et hic *Vitembergae*, nunc plures, nunc pauciores, uideamus, apponi, non est, quod plura uerba faciamus

XI

Defunctorum denique corpora non contrectari debent aut uexari, ^d hinc *nec Arrestus eisdem a creditoribus imponi debet.*

G 2

Sin-

z) L. 21. ff. de Legg. ad quam legem u. FORESTI *Enarr. Iur.* p. 5

a) CARPZ. L. II. def. 392. nr. 15

b) u. *Mand. Reg. d. d. 2. Dec. 1711*
COD. AVG. T. I. f. 889. b

c) *Mand. Reg.* Demnach Wir berichtet worden. Als ist hiermit Unser Begehren, ihr wolle, daß bey Leichenbesatzungen derer von Adel, und zwar derjenigen, so in unserm Civil- und Militairdienst gestanden, bis auf den Obersten, inclusiue, acht, denen übrigen aber nur sechs brennende Wachskerzen, auf beyden Seiten des Sarges, wenn sie dergleichen gebrauchen wollen, jedoch nur desselbigen Ta-

ges, da die Leichenpredigt gehalten wird, und ferner nicht, setzen zu lassen, verstatet seyn sollen. Datum Dresden am

2 Dec. 1711

an die Consistoria zu Leipzig, Wittenberg und Würzen, u. COD. AVG. T. I. f. 889. f.

d) LIBR. BASIL. L. LX. Tit. 23. c. 3. th. 5. alias Praefectus Vrbi apud Rom. curare debebat, ut defunctorum corpora sepulturae traderentur, et insolentia cohiberentur, τῶν κταζίων ἀναστάντων, ut Theodorus notat, ad BASIL. L. 23. T. II. Vol. III. f. 370. ed. Fabr

DE COLLOCAT' MORT' IN LECTO FERALI

Singularem facti speciem proponit Imp. *Iustinianus*, e quo creditor, postquam debitorem ita ui oppresserat, ut animam etiam efflauerit, tantam debitori, iam defuncto, contumeliam intulit, ut, sepultura ne fieret, restiterit. et cum defunctum domo uix efferri concessisset, feretrum f apprehenderit, ac publicam impediuerit elationem. At enim, ne defunctorum reliquiis iniuria fieret, seuerè sancitum erat ab Imp. iam Iustino, s quem deinde patrem secutus est filius, Iustinianus. h Creditor igitur, qui corpus ita defuncti uexat, uarias incurrit poenas, i quas hodiernum in usu esse WERNHERVS docet. k Valent hae poenae, quod certum est, in terris hodie Holsaticis, ubi ius obstagii locum habet, sed apud nos raro. l Vbi tamen quis defuncti debitoris corpus, pro consuetudine loci, nec ornari, nec collocari prius uellet, quam debitum ipsi ab haeredibus defuncti solutum esset, non dubium est, quin easdem, ubi in usu sint, poenas lueret, quas meritis esset, si funeris elationem impediuisset, propterea, quod Imp. Iustinus et Iustinianus, de omni debitoris sepultura, laxius sumta, non inhibenda, de omni etiam iniuria, reliquiis debitoris haud faciunda, loquuntur m

XII

Atque haec quidem dixisse sufficiant, de *mortuorum in lecto ferali collocatione*. Plura, quae hic uberius ac copiosius dicenda uideantur, in aliud differamus tempus, si Deus fuerit. Cui Deo Immortali et nunc, et in posterum, conatus, studia, res spesque nostras, imo nostrum etiam nos spiritum, et uiuentes, et morituri, commendamus.

ΕΑΝ ΟΥΝ ΖΩΜΕΝ ΕΑΝ ΔΕ ΑΠΟΘΝΗΣΚΩΜΕΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΕΣΜΕΝ

e) NOV. 60. pr
 f) Sive lectum feralem, THEO DORVS, ἀντὶ ἐπὶ κλίνας ἐπιδαβόμενος, ad h. Nouell. in Libr. Basil. T. III f. 369
 g) L. 6. C. sep. uiol
 h) NOV. 60. c. 1. ubi Filius legem Patris confirmat
 i) L. 6. C. sep. uiol. Ve actionem, quam habuit, amittat, alterum tantum restituat, publicationem tertiae partis honorum patiat, et infamis fiat. WERNHER. Iur. Eccl. Cap.

XV. §. XII. conf. Vener. Dn. PARENT. disp. quid liceat in hominum demortuorum corpora

k) WERNH. l. e

l) Non, nisi fiat propter sportulas funerum illustrium, prius exsoluendas. praxeos tamen hodiernae rarior est casus. Ita me nuper docuit Ill. atque Gener. Dn. A LEYSER. in praelect. ad Wernb. Ius Can

m) IVSTINVS, l. 6. C. sep. uiol. et IVSTINIANVS, Nou. 60,



Ha 5923^a

ULB Halle

3


007 417 470



VD 78







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

38

DE
CATIONE
TVORVM
TO FERALI
LETEMA
CO IVRIDICVM.

von zu halten,
Sarge öffentlich
zu lassen.

CTORE
O FRIDERICO
BICHIO
BURGENSI

MBERGAE

GOTTLob EICHsfeldI
MIAE A TYPIS
CC. XXXXIIII

6-

